CONFESSIONIS AN. OSIANDRI DE IVSTIFICATIONE, IN QVA ACERBE ET IMPIE INSECTAtur adflictas Ecclesias, earumq; ministros, qui hactenus doctrinam in Augustana confessione comprehensam sonuerunt,

Refutatio erudita & pia, scripta Magdeburgi a Mathia Flaccio Illyrico.

FRANCOFORTI
apud Petrum Brubachium,
Anno 1552.

CONFESSIONIS

AN. OSIANDRI DE IVSTIFICA-

TIONE, IN QVA AGERAS ET IMPII INSECTA

tur adhibita Ecclesiarum omnium testimonia, qui hactenus

pro doctrinam in Augustana confessione

comprehensam loquuntur,

Relatio cruda Scripturæ Magdeburgi

a Matthia Flacio Illyrico.

[illegible]

apud Petrum Birkadium,

Anno 1572.

CONFVTATIO CONFESSIONIS AN. OSIANDRI, autore M. Mathia Flacio ILLYRICO.

Missis plærisq; partim scrupulosis & inutilibus, partim etiam notis ac indubitatis istius confessionis disputationibus, ut de uerbo interno & externo: Quòd inhabitet in nobis tota diuinitas: Vtrum iusticia sit creatura an creator: An Christus fuerit in utero matris iustus, & alijs similibus: animaduertimus sententiæ Osiandri contra alios istic lectores, imo contra Augustanam confessionem, atq; adeo omnes ei adhærentes Ecclesias & doctores, summam esse: Quid sit iustificatio hominis, qua à Deo iustificatur ob Christum fide apprehensum, & ob quam ei Deus ex iusto seueroq; iudice fauens pater fit.

Proponit autem ipse hanc quæstionem, seu controuersiæ totius summam 66. facie sui scripti satis incommode ne dicam Sophistice. Hæc enim eius sunt uerba. **Die frage ist / ob vns Gott allein von wegen des glaubens als vmb eins geschencks oder wercks willen gerechte sprechе / so wir doch nicht gerecht sein / vnd er vns auch nicht gerecht machet / sondern lest vns bleiben wie wir vorhin waren / wie die falschen richter thun.**

In hac quæstione, & paulo post sequentibus, uidetur indicare nostras Ecclesias nihil de regeneratione docuisse, cum nunquam in Ecclesia de ea re dubitatum sit. Sed non est quæstio: **Ob er vns lasse bleiben wie wir vorhin waren/wie die falschen richter thun.** Regenerari enim nos à Deo spiritu sancto per Christum, nūquàm dubitatum est, nec etiam docuerunt unquàm nostræ Ecclesiæ, quòd propter Fidem tanquàm munus aliquod iustificemur, sicut ille falso eis tribuere uidetur. Verum quæstio est, quid nā sit illa iustificatio, qua nos Deus propter Christum iustificat &c. ut diximus, De ea ut nostram sententiā Tuæ Celsitud. patefacere possimus, Primum necesse est nos dicere de ipsa uoce, Iustificare. Duriter enim exagitat usitatam eius uocis nostris Ecclesiis interpretationem, & in contraria eius significatione sui erroris fundamenta iacit.

Iustificare quid significet.

Iustificare Hebræa phrasi significat proprie absolure, siue iustum, siue iniustum. In cuius rei certitudinem, non tantum plurima exempla, sed & regula de multis hebreis uerbis proponi potest, quam in scripto de fide posui, Quòd quædam uerba apud Hebræos sunt, quæ in prima coniugatione qualitate aliqua præditum esse quempiam, In tertia uero eam qualitatem alteri suo testimonio tribuere aliquem significant.

Debebat certe Osiander nouam istam significationem uel ex Hebræo, uel ex Græco sermone probare, quorum neutrum facit, imo & 73. facie fatetur non obscure, græcam uocem suam illam significationem sua natura non habere. Inquit enim: **Darumb hat auch D. Luther fast an allen orten des newen Testaments/ da**

derrechtfertigung des glaubens meldung geschicht/das wörtlein rechtfertigen nicht lassen bleiben / wie es im Griechischen stehet / Sondern hat an sein statt gesetzt das wörtlein gerecht machen. Indicat ergo hîc Osiander das es im Griechischen anders stehet/ dann es im Teutschen lautet.

Porro exempla quæ ex Paulo citauit ipsamet sunt ea loca de quibus ambigitur, nec ullum ex eis euidenter eam significationem probat, imo uero aliqua ei diserte reclamant. Nam locus Rom. 4. quem primum citat istam significationem probaturus: Non operanti autem, sed credenti in eum, qui iustificat impium, imputatur eius fides ad iusticiam, clare indicat, quòd iustificari idem sit, quod imputari peccatori fidem eius ad iusticiam, id est, quoniam nõ habeat in se iusticiam, qua coram Deo subsistat, ideo fides ei apud Deum loco iusticiæ sit. Perinde ac si diceremus, uiro uirtute præstanti eius uirtus imputatur ad nobilitatem. Imputari certe peccatori fidem eius ad iusticiam, non significat iusticiã ei infundi, uel eum re ipsa iustum fieri. Quare nec iustificare id significat. Idem enim illa duo ualent Paulo in eo loco, iustificare scilicet & imputare iusticiam. *Imputatio.*

Sic & proxime ante de eadem re differens, ea uoce Paulus usus est. Inquit enim: Si Abraham ex operibus iustificatus est (id est, iustus habitus, iustus iudicatus) habet gloriationẽ, sed nõ apud Deum. Id est, Abraham habuit quidem tam multa & præclara opera, ut homines eum iudicarent iustum, haberetq; apud homines opinionem & gloriam iusticiæ, sed non itidem apud Deum, qui longe maiorem probitatem ab hominibus

flagitat, & corã cuius iudicio nemo subsistit. Sequitur statim: Quid ergo dicit scriptura, credidit Deo Abraham, & reputatum est ei in iusticiam? Quòd reputari ad iusticiã necesse est idem significare, quod pręcedens iustificari. De eadem em̃ plane re loquitur. Dicit enim Abrahamum non ob sua præclara opera à Deo iustum habitum & pronũciatum (Sicut ab hominibus) sed ob fidem. Addit mox eandem rem tractans locũ ab Osiandro citatum: At operãti merces non imputat̃ ex gratia, sed ex debito. Ei uero qui non operat̃, credit uero in eũ, qui iustificat impium, imputatur fides eius in iusticiam.

Sed non tantum ex præcedentibus ac textus collatiõe apparet, Iustificari, significare pro iusto haberi, seu absolui, sed & ex statim sequẽtibus. Explicat enim Paulus ex Dauide quid sit iustificari peccatorem, seu imputari fidem in iusticiã, idem esse inquit, quod remitti iniquitates, tecta esse peccata, non imputari peccatum. Quæ interpretatio profecto non fert istam significationem Osiandri, realiter iustum fieri, seu ut passim loquitur, iusticiam infundi.

Remissio peccatorum.

Interponam hîc breuiter expositionem locutionis, Remissio peccatorum. Nam ad expositionem uerbi iustificare multum facit. Peccatum est nõ tantum facere prohibita à lege, Sed & omittere mandata, seu non solum facere contraria legi, sed & non implere eam, seu non integre satisfacere ei. Quare remissio peccati, est non tantum abolitio culpę, quòd contra legem aliquid feceris, Sed & imputatio impletionis legis. Cum tibi remittit Deus peccata, non tantum id remittit, quod contra prohibitionem legis fecisti, Sed & quòd legi non in

tegre

iegre paruisti, id est, Sic de te sentit, sic te amat, ac si legi ipsius integram obedientiam præstitisses. Idem ergo hîc Paulus & sæpe aliâs scriptura dicit esse iustificari peccatorem, seu imputari ei iusticiam, ac remitti ei peccata, id est, perinde eum pro iusto haberi, sicut si non tantum nihil contra legem fecisset, sed & legi plene obediuisset.

Sic porro cum Paulus uerbo iustificare hîc utatur, ubi tanq; in præcipuo scopo differit, quonam modo Deus peccatorem iustificet, non dubito idem ei significare, & in alijs locis, de eadem re differenti, certe non aliter alibi de iustificatione peccatoris sentit ac loquitur, quàm hîc.

Sic locus octauo cap. ad Roma. quem secundo loco Osiander citat, cum ipsius significatione pugnat. Quis accusabit electos Dei? Deus est q̃ iustificat: quis est, qui condemnat? ubi clare apparet S. Paulum facere pios stantes apud tribunal Dei, quos quoniam ipse Deus absoluat, nemo erit tam uehemens accusator, qui ausit instituere accusationem contra eos, nemo item tam seuerus potens q̃ iudex, qui eos condẽnare præsumat. Probatur ergo in hoc loco non Osiãdri, sed altera significatio uerbi iustificare, tum ex toto cõtextu, tum & ex opposito accusare & damnare. Probata aũt significatione uocis cum Osiandro pugnante, probatur & res.

Sic & 3. cap. uerbum iustificare Paulo significare absoluere clare apparet ex adiunctis. Inquit enim, Iustificati gratis eius gratia, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, id est, quia innocens Christus in cruce pependit, ideo per illam & propter illam redemptionem

& satisfactionem Paulus iam damnandus, iustificatur, seu absolutur. Et paulo post inquit: Ad ostensionem iustitiæ suæ per remissionem peccatorum, ad hoc ut ipse sit iustus & iustificãs impium, Vbi exhibere iustici am seu iustificare collocat Paulus in remissione peccatorum, id est, in absolutione, & non in reali iustitiæ infu sione.

Nolo uitandæ prolixitatis gratia de omnibus ab Osiandro citatis locis dicere, Satis enim est ex aliquot deprehendisse, tum quàm bona fide Osiander pro sua sententia sacras literas adducat, tum quomodo Paulus hoc verbo in descriptione iustificationis peccatorum utatur. Nec poterit sane Osiãder, ut spero, uel unicum locum adducere, quo manifeste probet, id uerbum ali quando in illa sua significatione accipi, ne dicam, ut pro bet, in illis ipsis locis, ubi proprie de isto articulo agitur, sic Paulo significare. Cur porro Lutherus uerterit uer bum iustificare **gerecht machen**, postea dicetur.

Hactenus de uerbo iustificare, iam de re ipsa dicemus, in qua tractatione prorsus reiicimus illam humanæ sapientiæ ratiocinationẽ, qua toties exagitat Osiander Augustanæ confessionis sententiam, quòd scilicet iustificari peccatorem sit idem quod absolui, seu iustum pronunciari, & non penitus iustum ac realiter effici. Ex qua sequi necessario uult, Deum esse aut cæcutientem rudemque iudicem, qui prauitatem hominis non norit, aut esse iniquum, qui iniustum iustum esse statuat. Fatemur enim, quòd si quis humana cogitatione nostræ salutis rationem ponderare uellet, iudicaret haud dubie, Deum esse iniustissimum iudicem, qui nos scele

ratos

fatos nebulones, à pœnis & ira sua liberat, & interea pœnas in suum dilectissimum, iustissimumq; filium transfert.

Certe si quis iudex sic hic in terris agere uellet, merito uideretur nõ tantum iniustus, sed & insanus. At Deo uisum est per stulticiam & non sapientiam saluos facere homines. Testatur enim scriptura Deum esse talem iudicem, qui remittat iniquitates, qui tegat reorum peccata, quique nõ imputet peccatum. Quod, ut dictum est, si quis gubernator in latronibus aut furibus iudicandis faceret, esset non tantum iniustus, sed & eo ipso supplicio dignus, unde sontes eripuisset.

Sequitur enim ex ista ipsius humana ratiocinatione prorsus nihil amplius peccati in homine restare, atque adeo [illegible] remissionem peccatorum flagitare. Si enim [illegible] peccata remanent, quæ certe remanẽt: Tamen adhuc Deus erit iniustus, qui nos pro iustis habet.

Desinamus ergo humana sapientia iudicare & exagitare mysticam omnipotentis Dei liberationem, qui mirabili consilio innocentissimum filium suum fecit maledictum & peccatum, ut nos peccatores imputata nobis eius satisfactione iustos pronunciaret. Contempta ergo ista humanæ mentis ratiocinatione, de re ipsa dicamus.

Iudicamus nequaquam pie fieri ab Osiandro, qui & Christum ipsum, & per eum generi humano partam salutem in duas partes lacerat, & alteram, nempe redemptionẽ, humanitati Christi ac eius passioni adscribit, Alteram uero, nempe iustificationem, diuinitati eius-

dem tribuit. De qua distractione etiam postea aliquid dicetur.

Nam scriptura totam nostram cum Deo reconcilia tionem Christi hominis ac Dei obedientiæ & satisfacti oni tribuit.

IVSTITIA Christianorum.

Nos enim ex scriptura didicimus iusticiam no stram, qua nos Deus iustificat, quam nobis imputat, & ob quam Deo accepti gratiq; sumus, esse illam imputa tionem Dei nobis credentibus filij sui obedientiam in exinaniendo se, ac ut uno uerbo dicamus, in demitten do se à summo cœlo per incarnationem uariasq; exi-nanitiones usque in imum infernum, imputantis, qua effectum est, ut quanto ille magis nostris peccatis, ira-que Dei depressus sit, tanto nos pondere meriti eius ue luti in altera bilancis lance constituti altius euecti, ac ueluti ex infernis ipsis in cœlum subuecti simus. Nec hic multum curamus philosophicas istas disputatiõnes, an iusticia sit Qualitas uel actio, in quibus argutijs toti us sui ædificij Osiander primariam basim collocat. Nã & philosophi pronunciarunt uirtutem in actione con-sistere, & scriptura sane crebro admodum uirtutum nomina ipsis bonis operibus tribuit.

Quanquam porro ex Osiandri definitione iusticiæ & illud quoq; non satis liquet, quidnam sentiat ipse proprie esse iusticiam. Bis facie nempe 76. & 162. ita eam definit, ut dicat iusticiam esse proprie id, quod nos ad iuste agendum impellit, ac sine quo iusti esse nequea-mus. Quæ definitio & ipsi cognitioni rectitudinis, ho-nestorumque ac turpium aptissime tribuitur. Nam si-ne cognitione iusti ac iniusti nemo iustus fuerit, & id

Definitio Iusticiæ Osiandri

sanos

sanos ad recte agendū impellit. Habēt porro cognitionem etiā dæmones, nō tamen propterea sunt iusti. Impellit quoque ad recte agendum recta educatio, impellunt minæ ac promissiones, impellit etiā bona natura, non tamen sunt iusticia. Vnde apparet & ipsam Osiandri definitionem iusticię, quod totius ipsius disputationis fundamentum est, tam esse ineptam, obscuram, & etiam falsam, quàm nullis plane rationibus suffulta probataq; ab eo est. Iacente porro præcipuo totius operis fundaménto, quàm pulchre ipsum quoq; ædificium ei fundamento incumbēs stabit, perfacile est ratiocinari.

Omissis ergo tum philosophorum argutijs, tum Osiandri obscuritate, improprietate, ac etiam falsitate in definitione iusticiæ, dicemus quàm clarissime uerissimeq; poterimus, quid hominis tum in integra natura iusticia fuisset, tum etiam in corrupta sit.

Iusticia hominis in natura integra.

Iudicamus integri hominis iusticiam futuram fuisse, & nunc angelorum esse illud perfecte obedire uoluntatiac legi diuinę, mente ac opere. Nec enim Osiandro assentiri possumus, qui dicit legem flagitare diuinam non humanam iusticiam. Flagitat nanq; talem obedientiā seu iusticiam, qualem homo in integra natura præstare potuisset, & nunc angeli possunt. Lex enim certe homini, non Deo lata est, Sed homini tali, qualis fuit ante lapsum. Fatemur tamen utroslibet, angelos scilicet & homines, gratuito a Deo bonos conditos, dilectos & æterna uita donatos. Ex eo gloriæ iusticiæque gradu cum nos homines lapsi simus, ac

primũ gratuitũ Dei fauorẽ, facultatẽ Deo parẽdi, & uitã æternã amiserimus. Deinde in iram Dei, corruptela naturalium potentiarum & æternum exitium incideri mus, Sentimus illud esse iusticiam nostram (Quicquid id est, siue reuera iusticia est, siue quiddam iusticiæ ἀναλογου. Verborum enim ἀκριβολογίας hîc non curamus, quod nos tãquam proxima efficiens causa, ira Dei, pec cato ac æterna morte liberat, & insuper nobis Dei be neuolentiam aliquam naturalium uirium instauratio nem & uitam æternã acquirit, seu ut breuius dicamus, quo uel propter quid, ex hostibus Deo dilecti simus, non solum remissionem peccatorum, sed & imputatio nem magnæ cuiusdam bonitatis, iusticiæ, & sanctitatis assequimur, (quę tamen in remissione peccatorum sua quadam ratione continentur, ut superius dictum est). Nec id solum in prima reconciliatione, sed & quotidie ac omnibus momentis, quoties remissionem peccato rum, patrisq; cœlestis fauorem quærimus.

Sentimus uero nõ nos tantũ sic, sed & tota Ecclesia. Quoties enim de iusticia fidei seu iustificatione disseri mus, de eo certe dicere uolumus medio, per quod tanquam proximam causam efficientem, ex hoc ut ita dicã inferno in id fœlicitatis dignitatisq; apud Deum resti tuimur, unde per peccatum seu iniusticiam in hanc mi seriam delapsi sumus, siue iam id sit reuera iusticia, ut philosophi de ea disputant, siue quiddam iusticiæ ἀναλογου, nihil refert. Cum enim mundus per sapientiam sal uus fieri nõ posset, uisum est Deo per mirabilem quan dam stulticiam saluos facere credentes.

Hunc porro ipsum effectũ Spiritus sanctus in sacris

literis

literis Christi obedientię & passioni tribuit, ut Colos. 1. Visum est Deo per Christū omnia sibi cōciliare & pacificare p sanguinē crucis eius cœlestia & terrestria. Hic clare audimus per sacrificium passionis Christi pacē & amicitiam inter terrestria, id est, peccatores homines & cœlestia, id est, Deū, factum esse. Sequit ibidē statim elegans descriptio effectuū obediētiæ & sacrificij, passionis Christi, unde nā nos, & ex quāta miseria, in quātam gloriam transtulerit. Inquit enim: Et uos qui quondam eratis abalienati, (scilicet a Deo) & inimici mente & operibus malis, nunc tandem reconciliauit in corpore carnis suæ, per mortem, quo exhiberet sanctos & irreprehensibiles & inculpatos in conspectu suo. Hic iterum clare audimus Christi satisfactionē nos ex impijs & hostibus Dei, eius dilectos effecisse, nosq; inculpabiles irreprehensibilesq; coram deo statuisse.

Proinde huius loci testimonio clare euincitur, nostram iusticiam esse proprie imputationē satisfactionis & meriti Christi, nobis per fidem factam.

Quomodo sancta sit instauratio hominis post lapsum.

Sed priusquam plura argumenta ad nostræ sententiæ probationē afferā, rediboad expositionē instaurationis hominis. Scriptura inquit: Quòd sicut per inobedientiā unius hominis intrauit peccatum, & per peccatum mors, ita contra per obedientiam unius hominis Christi contigerit hominibus iusticia & uita æterna. Si homo in illa obediētia erga legem ac uoluntatem Dei, ad quā erat institio conditus perstitisset, fuisset ei illa obedientia coram Deo iusticia, ac per eam in uita māsisset.

Iam porro obedientiam seu iusticiam cūm humana natura lapsa per peccatū nec præstiterit, nec iam prę-

fiare posſit, atque ideo iuſticia Dei eam ad æternas pœnas uocarit, miſertus noſtri Deus, quo & iuſticiæ & miſericordiæ ſuæ ſimul ſatisfaceret, excitauit mirabilem quandam perſonam, nec tantum Deum, nec tantum hominem, & tamen ſimul Deum & hominem, quæ nouum quoddam obedientiæ genus etiam angelico præclarius preſtaret, quam obedientiam cum Deus noſtri cauſa iuſtituerit, & nobis uere imputauerit, noſtra eſt ea obedientia, ſeu iuſticia, nosq; ob eam Deo placemus.

Quòd autem illa Chriſti obedientia ſeu iuſticia nec humana proprie ſit, nec diuina, non eſt difficile probare. Nam humana certe non eſt, Homo enim talem preſtare non poteſt, nec diuina quidē proprie eſt. Nam contrarium diuinæ iuſticiæ eſſe uidetur, ut Deus adeo ſe exinaniat, ut non ſolum formam ſerui, ſed & formam ſceleſtiſsimi ſerui ſuſcipiat, ac ob totius mundi peccata pœnas luat, ut non immerito Deus apud Eſaiam dixerit: Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam. Ideo & Paulus ad Hebræ. inquit: Didicit obedientiam ex ijs, quæ paſſus eſt, quaſi dicat, nouum quoddam genus obedientiæ per illas filio non ſolitas tribulationes diſcere coactus eſt.

Quomodo porro iuſticia, ſapientia & gloria eſſentialis Chriſti ad ſalutem noſtram faciat, poſtea dicemus, Neque enim eam negligemus.

Scriptura iuſtificationem noſtri tum obedientiæ Chriſti ut Romanor. 5. Philip. 2. tum paſsion Chriſti, quam Synecdochice ſæpe per ſanguinem denotat, quod præcipua maximeq; inſignis paſsionum Chriſti

Sanguis Chriſti.

sti pars est ea, quam in cruce pendens ac sanguinem fundens perpessus est.

Possunt uero duo hæc passio & obedientia Christi per totam eius uitam extendi, inde ab illa prima exinanitione, cum se filius patri submittens nouam quandam, (ut ita dicam) uitam, longe infra diuinam maiestatem inchoauit. Nam & illud primum exinanire se, cum in forma Dei esset, genus passionis est, & passionum omnium initium, & tota uita eius, una perpetua passio est, usque ad resurrectionem, cuius tamen passionis, quia præcipua uehementissimaque pars in ipsa cruce peracta est, ideo illa passio Synecdochice pro omnibus eius passionibus ponitur: quia item ibi sanguinem suum pro nobis fudit, ideo & sanguinis nomine sæpe omnes passiones eius notantur.

Obedientia Christi

Sic & obedientiæ nomine tota uita Christi notari potest. Nam Paulus inquit, eum se humiliasse, factum obedientem usque ad turpissimam mortem: & ad Hebræ. 5. eum didicisse obedientiam ex ijs quę passus est. Ita ut omnia Christus Deus & homo, quæ in hac noua uita, postquàm factus est peccatum & maledictum, pro nobis peregit, quo patri animo & opere obediendo nouam quandam iustici am peccatoribus inueniret, fecerit, passusq; sit.

Tota ergo uita filij Dei, postquam in forma Dei existens sese exinanire cœpit, tum obedientiæ, tum passionis nomine comprehendi potest. Nam & obedientia fuit perpetua quædam passio, & in passione perpetua obedientia. Nam ad hoc ipsum in passiones coniectus est, ut in eis obedientia

ipsius cerneretur, & ad hoc ipsum filius patri obediuit, ut in obedientia passionis nostræ saluti debitas præstaret.

Quanquàm porro quidam non inepte distinguere uidentur, qui dicunt Christum sua passione nos ab æterna inferni passione liberasse, & sua obedientia pro nobis legem impleuisse, atq; ita passione remissionem peccatorum, obedientia uero iusticiam quandam, perinde scilicet ac si nos ipsi legi integre obediuissemus, nobis acquisiuisse: Tamen nos, cum imputatio impletio legis in remissione peccatorum contineatur, cumq; obediẽtia Christi sit quiddam cum passione eius commixtum, ut iam indicaui, cumq; scriptura utriq; promi scue iustificationem salutemq; nostram tribuat, ut postea probabimus, non uolumus alterum ab altero diuellere, Sed utriq; simul meritum Christi, totiusq; nostræ salutis effectum tribuere.

Sed priusquam scripturæ testimonia prolixius recenseamus, breuiter summam eorum, quæ post uocis iustificare tractationem diximus, repetemus, & quasdam obiectiones Osiandri refellemus.

Diximus obedire integre Deo, seu eius legi corde & opere, esse ueram iusticiam, qualem obedientiam & iusticiam iam Angeli habent, & homo in integra natura habuisset, & Deo præstare debuisset. Ex qua tamen per peccatum primi hominis excidit.

Diximus quoq;, imo & tota scriptura dicit, filium Dei, postquàm mediatoris officium suscipiens sese exinaniuit &c. nouam quandam obedientiam & uitam longe infra illam diuinam maiestatem incepisse, eamq;

suam

ſuam obedientiam, ſatisfactionem, meritũ, redemptionem, propiciationem ſeu iuſticiam (Hiſce enim ferme omnibus uocibus ſcriptura promiſcue utitur) nobis imputaſſe, noſtraq; illa perinde facta eſſe, ac ſi nos ipſi ea omnia præſtitiſſemus.

Hic tanquàm Aiacis impenetrabilem clypeum Oſiander opponit obiectionem, an Chriſtus in utero matris non fuerit iuſtus, ſi poſtea primum noua iſta obedientia iuſticiam inuenit. Reſpõdemus. In Chriſto duo ſunt conſideranda, eius perſona & officium. Quod attinet quidem ad eius perſonam, nunquàm ille neq; humanitatis neq; diuinitatis ratione peccatum nouit. Sed quod ad officium, iam mediatoris attinet, in utero matris, & poſtea uſq; ad reſurrectionem, tantum abfuit, ut eſſet uere iuſtus, ut etiam peccatum & maledictum fuerit, id eſt, ita ei noſtra peccata à patre imputata fuerint, priuſquàm per obediẽtiam & paſsionem ea ſic deuicit & calcauit, ut in reſurrectione de eis triumphare poſſet, ac ſi ipſemet reuera totius mundi peccata patraſſet.

Refutatio obiectionis Oſiandri de Iuſticia Chriſti in utero matris.

Quare ſcriptura non tantum nos Deo conciliatos & iuſtificatos, per eam eius obedientiam & paſsionem teſtatur, ut ſuperius probatum eſt, & poſtea probabitur, Sed & ipſummet Dei filium ampliorem quandam gloriam propter eam nactum, ut Paulus ad Philip. 2. inquit. Propterea (ſcilicet propter illam exinanitionem ſeu paſsionẽ, de qua ibidem dicit) ſuperexaltauit eum Deus, & dedit ei nomen ſuper omne nomẽ &c. Et Hebræ. 5. Didicit ex iſs quæ paſſus eſt obedientiam & perfectus factus, fuit cauſa omnibus audientibus ſeſe ſalutis etc.

Hic clarè audimus Christũm per suam obedientiam & passionem factum perfectũ. Ergo antea fuit imperfectus, non quidem quod ad suam attinet personã, qui nunq̃ nouit peccatũ, nec dolus inuentus in ore eius fuerat, semperq̃ dilectus patri filius, in quo ei bene cõplacuit, fuit, Sed quod ad mediatoris attinet officium, quatenus (ut dixi) Christus à nobis in se peccata transtulerat, & tamen nondum chirographum peccatorum nostrorum cruci affixerat, nondum potestates tenebrarũ prorsus deuicerat, nec adhuc placato patre æternã nobis redemptionem inuenerat.

Eam ergo perfectionem & iusticiam, quam per obedientiam et passionem suam, deuicto tandem peccato, ira Dei, morte & inferis nactus est, nobis applicat, & à patre imputari nobis facit, eaq̃ nostra perfectio & iusticia est.

Alia obiectio de iniusto iudice.

Obiectio porro de imprudẽtia aũt iniusticia iudicis, superius reiecta est, quanq̃ indigna sit confutatione. Sicut enim Deus nec iniustus, nec imprudens est, quòd filium innocentissimum, nostra culpa et pœna onerauit. Sic quoq̃ nec iniustus, nec imprudens est, q̃ nos sceleratissimos imputatione obedientiæ & meriti Christi iustificat per fidem, seu fidẽ nobis ad iusticiã imputat.

Et quoniam uidetur mirum Osiandro quoniam modo actiones & passiones Christi, seu eius obedientia, nobis ad iusticiam imputari possit, atq̃ eam iusticiam esse merum commentum dicere audet, Quare collatione alterius loci sacrarum literarum istam imputationem declarabimus.

Psalmo 106. est, q̃ factũ Phineas, qui & orauerit pro sedatione

sedatione iræ diuinę erga populum, & incensus pio zelo interfecerit Israëlitam scortantem cum Madianitide, & ipsum scortũ Num. 25. sit ei imputatum ad iusticiã, scilicet eam iusticiã, quam Deus etiam in Ethnicis multo magis in pijs præsentis uitę præmijs remunerat. Si unicum peccatoris hominis pium factum est ei ad iusticiam imputatũ, nec fuit ea imputatio inane commentũ, quid absurdi erit, si totius uitæ mortalis Christi obediẽtia & passio nostra causa præstita nobis ad illam cœlestem & coram Deo ualentem iusticiam imputetur.

Explicatio phrasis scripturæ Imputare ad iusticiam

Iam ad confirmandam nostram sententiã ex scriptura progrediemur. Quòd scilicet iusti simus illa imputatione & passionũ & obedientiæ Christi, obedientiæ uero non solius humanitatis sed & diuinitatis. Non eñ uolumus distrahere naturas in parãda nobis coram Deo iusticia. Quandoquidem ipse Deus eo ipso consilio eas copulauit, q̃ per alteram sine altera iustificatio nostra acquiri non poterat. Ioan. primę. j. inquit: Sanguis Christi mũdat nos ab omni peccato, ubi prorsus aperta uiolentia Osiander per sanguinem Christi uult diuinitatẽ filij Dei interpretari, ut postea declarabimus. Est enim sensus loci Ioãnis, nos perinde mundari sanguine Christi, per Synẽcdochen passionẽ eius significante, ac corpora nostra & uestes aqua mundanť. Qua allusione ad similitudinem satis apte iustificationem nostrã pingit. Apoca. j. paulo clarius ea similitudine utit, inqt. n. Christus lauit nos ex pctis in sanguine suo. Apoca. 7. clarissime & significantissime eam similitudinem exprimit inquiẽs: Isti sunt q̃ dealbarũt stolas suas in sanguine agni. & Apo. ult. Beati qui lauãt stolas suas in sanguine agni.

Sanguis Christi.

Hebr.10.legitur,nos sanguine agni sanctificatos.

Pro sanguine sæpe scriptura ponit sacrificium, ut Hebræ.10.dicit uno sacrificio nos esse perfectos factos, & quidem confert sanguinem Taurorum & Hircorum,qui peccata non deleuerit, cum sanguine Christi, qui nos à peccatis mundauerit. Vnde manifestum est sanguinem non poni pro diuinitate Christi, Sed pro passionibus eius, quibus nostra peccata expiauit,nec tribuere iusticiam nostram Spiritum S. soli diuinitati Christi,sed passioni,obedientiæ seu merito eius.

Manifestum etiam hinc est, quomodo sanguis Christi nos iustificet,nempe, sicut quatenus aqua immundo corpori adhibetur,eatenus sordes ab eo discedunt, sic quatenus sanguis seu passiones Christi nobis imputantur, eatenus à nobis omnis immundicies peccatorum & iniusticiæ recedit.Puritas uero & iusticia accedit.Ioan. ca.6. clare affirmat Christus suum sanguinem & carnem esse panem uitæ. Fatetur autem Osiander esse uitam idem ferme quod iusticiam, quanquam non uere est.Nam uita est iustificationis consequens & ueluti præmium.Ergo caro & sanguis Christi, id est, non sola humanitas,sed meritum,obediẽtia,& passio Christi,qui est Deus & homo nobis imputata,est nostra uita & iusticia. Nec enim uera est eius loci interpretatio Osiandri,qui dicit carnẽ ibi significare Deitatẽ Christi. Nã Christus clare exponit ipse, quæ caro & quomodo sit nobis uita,addẽs,quam ego do pro mundi uita, quæ additio nequaquam patitur Osiandri scholion. Indicat enim suam carnem & sanguinem eatenus esse uitam peccatorum,quatenus pro eorum salute,seu ut ipse inquit,

quit, pro mundi uita datur. Sane ut uerum fateamur, istæ tam propalàm uiolentæ Osiandri uerbi Dei glossæ nihil nobis bonæ spei ostendunt.

Glosse Osiandri prodigiosæ.

Rom. 5. clare Paulus affirmat nos iustificari sanguine Christi, id est, quatenus nobis eius passio seu meritum, seu satisfactio imputatur. Nec magnifacienda est glossula Osiãdri, qua eum Pauli locum facie 369. eludere conatur de pecunia qua doctoratus emitur. Prorsus enim idem est cum eo, quod paulo post sequitur, Cõciliati sumus Deo per mortem filij eius, & quod superius ex alijs scripturæ locis adduximus, nos lauari sanguine Christi. In qua similitudine non semel clare scriptura testatur, nos sic iustificari sanguine Christi, sicut uestes aqua mũdantur. Quãquàm locus Apo. cap. 7. uidetur etiam ad eam similitudinẽ alludere, quòd sicut uestes in colorem immersæ in se coloris formositatem recipere solent. Sic nos in sanguinem Christi mersos albedine innocentiæ seu iustitiæ eius exornari.

Rom. 5. ait Paulus nos obedientia Christi iustificari. Obedire Deo, eiusq; legi corde et opere, ut superius diximus, est omnino iustitia. Quatenus ergo ea obedientia & iustitia nostri iam facta est, & nobis à Deo per fidem imputatur, eatenus nostra est eaq; iusti sumus.

Superius prolixe refutata Osiandri sententia de uerbo iustificare, ostendimus, nihil aliud significare nisi absoluere. Osiander reprehensa aliorum sententia de uerbo Imputare, duas ipse recensет, quarum neutra significat reuera aliquid alicui dare. Quare cum Paulus sæpius dicat nobis imputari iustitiam, & non imputari peccatum, necessario non significat reuera nobis iusti-

Non iustificari nos iustitia essentiali sed imputatione obedientiæ et passionum Christi.

cia dari, seu (ut Osiander loquit) infundi. Cū ergo iusticia nō detur aut infundatur, sed imputetur, Sequitur ergo nos non iusticia essentiali Christi in cor nostrū infusa iustos esse, sed imputatione obedientiæ & passionum Christi.

Non negamus aūt, imo potius ualde affirmamus, iustificationem Dei & imputationē iusticię non esse quid dam tam leue, ac cum Iudex ob munera sceleratū absoluit. Ille. n. eum non tam ab reatu liberat, q̄ solum à præsenti pœna, idq̄ iniuste. Interea. n. manet tū in eo turpitudo, quam Deus, leges, lęsi, ciues et propria eius cōscientia accusat, et eum ad pœnas uocat. Sed Deus potest & solet omnia nostra peccata abiicere in profundū maris, elōgare ea tam procul à nobis, ac est oriens ab occidente. Sic cōtra tam efficaciter filio suo nostra pcta imputauit, ac si ea ipsemet patrasset, ita ut scriptura dicat Deū fecisse eum peccatum & maledictū. Eadem efficatia & nobis non imputatis peccatis imputat Christi iuciā Deus, perinde plane ac si nos ipsi eam Deo obedientiam pręstitissemus, quā ipse patri in hac uita præstitit.

Quare & statim fide iustificati tantā cordis pacē sentimus, ac si nullū unq̄ peccatū patrassemus, de quo nos conscientia reprehendere posset. Atq̄ ob hanc causam Lutherus iustificare uertit **gerecht machen**/ad exprimē dam scilicet ingentem efficaciam istius imputationis. Quanq̄ & illud uerum est, uerbum /**machen**/non semper reale quiddam significare, sed sępe esse iudiciale, ut **einen frum machen**/**gut machen**/&c.

Eodem loco superius, ubi de uerbo iustificare disserui, probaui & Paulo Ro. 4. idem esse aliquē iustificari, q̄d imputari ei iusticiā. Dixi etiam (q̄d & alio qui notissi

mum

mũ est) Paulũ ibidem dicere, Imputari iusticiã esse idẽ, ꝙd remitti, tegi, et non imputari alicui pctã, quę tria idẽ sunt, sed efficatię gratia, more hebraeis solito, sępius repetita, licet Osiander diuersum sentiat. Nam qua tandem alia ueste quotidiana nostra peccata etiam post iustificationem teguntur, quàm illo perpetuo, Remitte remitte nobis debita nostra?

Si ergo iustificatio nostra est secundũ Paulũ remissio pctorum, certe nõ est æterna illa filij Dei essentia. Qua re & Lut. super 32. psal. in Summis inquit: Vnser gerechtigkeit heist auff deutsch vergebung vnser sundẽ/oder wie er hie sagt/Sunde nicht zurechen/Sunde bedeckẽ/Sunde nicht sehen wollẽ / Da stehen die hellen durrẽ wort/dz alle heiligen sind Sunder/leben vnnd bleiben Sunder/ Aber dauon sind sie heilig/das Gott aus gnaden solche sunde nicht ansehen/noch rechen/ Sondern vergessen/ vergeben vnd bedeckt haben will. Quem ego clarissimũ Lutheri locum multis alijs obscuris ab Osiãdro citatis præpono. Aliud enim est expresse rem quàm proprijssime definire, aliud inter declamitandũ, quod plerunq; aliquatenus improprie fit, obiter rem attingere, quod notissimum est.

Iustificatio nostri est remissio peccatorum.

Eodem modo & 3. cap. eiusdem epistolę indicat Paulus iusticiã Dei, qua nos iustificat, esse remissionem peccatorum, inquiens, ad ostensionem iusticiæ Dei per remissionem peccatorũ, ubi clare apparet Paulum id dicere, quòd iusticia Dei per remissionem peccatorũ nobis exhibeatur et in eo consistat. Quisi Osiandri sententiã exprimere uoluisset, dixisset ad exhibitionẽ iusticiæ suæ per infusionem substantiæ suæ in corda piorum.

Iustitia Dei quid.

Hinc etiam clare apparet, quid significet phrasis Iustitia Dei (qua tam multum Osiander confidit) in talibus locis, nempe gratuitam imputationem obedientię & passionum Christi, & nō imputationem peccati seu remissionem, quæ ad discrimen nostræ humanæ iustitiæ Dei, iustitia appellatur. Nam & mirabili Dei consilio inuenta est, & per Dei filium acquisita, & in iudicio Dei ualet & subsistit, quorum omnia ferme contraria nostra humana seu operum iustitia habet.

Et quid tandem absurdi est hanc phrasin sic accipi, cum & aliæ plurimæ ei similes in sacris literis inueniantur, quas Lutherus in præfatione super primum Tomum Latinum, ubi multum de ista iustitia loquitur, enumerat?

Rom. 8.

Satis clare, imo potius clarissime ratio iustificationis nostræ pingitur Rom 8. Ibi enim primum Deus sedet ꝑ tribunali. Ad dexterā est propiciator filius. Reinos homines stamus ante tribunal, oēs sane extremo exitio dignissimi. Alij confugiunt per fidem ad mediatorem, alij non. Pro ijs qui confugiunt fide ad Christum, intercedit ipse supplicans patri, commemorat, ut est eodem capite, Quòd quia caro humana legi satisfacere non potuit, atq; ita iustitia carens in ira Dei & peccato permāsit, Ideo se in carnem missum, ut legi Dei pro hominibus sua perfecta obedientia satisfaceret, eaq; obedientia seu iustitia ipsis credentibus imputaretur.

Eius ergo meritis, ac intercessione statim ab illo tanto iudice à culpa & pœna iustificamur & absoluimur. Quin & insuper amici domesticiq; eius reputamur, quotquot fide mediatorem apprehendimus. Cum uero

rò ille tantus iudex nos iuſtificat ſeu abſoluit, quis nos audet accuſare ſeu damnare? Si ille ipſe iudex iam à noſtris partibus ſtat, quis audet aliquid facere contrà, nos accuſando uel damnando? Quis ergo (inquit Paulus) nos poteſt ſeparare ab illa tanta dilectione ſeu acceptione qua nos in Chriſto ſeu propter Chriſtum aduocatum noſtrum pater cœleſtis complectitur?

Illa ergo gratuita acceptio, dilectio Dei ſeu iuſtitia, qua nos reos Deus gratis propter Chriſtũ mediatorem amplectitur & ornat, eſt illa noſtra Dei iuſtitia qua coram eo ſubſiſtimus, & per quam ſaluamur. Satis ſane hîc clare noſtræ iuſtitiæ ratio ab ipſo Spiritu Sancto depicta eſt, nec uideo, quid quiſquam amplius deſideret aut dubitare poſsit.

Redemptio noſtra

Eandem imputatam iuſtitiam & non eſſentialem teſtantur & teſtimonia, quæ redemptionem noſtram merito obedientiæ ſeu paſsionibus Chriſti tribuunt. Non enim eſt apud Deum diſcrimen inter redemptionem & iuſtificationem, ſicut Oſiander uult. Dicit ipſe poſſe inde animaduerti, quòd iſta duo differant, Quia homines bene poſsint liberare furem à pœnis, ſed non iuſtificare, uerum Deus neminem à pœnis liberat, qui non ſit iuſtificatus uel ſua uel aliena iuſtitia. Eſt enim iuſtus iudex. Tollit prius cauſam, ut bonus medicus, id eſt, culpam, poſtea effectum, id eſt, pœnas, non ſicut iniuſti iudices, Ac plane ſicût eo ipſo, quòd pro aliquo captiuo numero pecuniam, eum redimo, ſic eo ipſo Chriſtus nos ab iniuſtitia ſeu peccato, inferno & ira Dei liberat & redimit, quo iuſtitiam obedientiæ ſuæ ſeu ſatisfactionem paſsionum pro

Apud Deum nullum diſcrimen redemptionis & iuſtificationis

nobis, ut ita dicam, patri numerat appenditq́ue, & nobis eam solutionem imputat, nosq; eo modo iustificat.

Cum autem redemptio nostra, obedientia, passionibusq; Christi perficiatur, ut Osiander 27. facie affirmat, & scriptura sæpissime testatur, necesse est & nos iustificari eius obedientia ac passionibus. Sed sine nostra probatione Scriptura id sua sponte clare affirmat Ro. 3. ubi inquit: Iustificati gratis eius gratia, per re-
Rom.3. demptionem quę est in Christo Iesu. Coniungit enim ita ibi iustificationem cum redemptione, tanquàm & eo ipso iustificemur, quòd per Christum redimimur, et eo ipso redimamur, quòd per Christum iustificamur. Item Eph. 1. & Colos 1. inquit Paulus: In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, ubi clare affirmat, redemptionem nostram esse remissionem peccatorum. Diximus autem superius, Paulum Rom. 4. dicere, Iusticiam nostram esse remissionem peccatorum. Dicit enim Paulus, Dauidem describere nostram iustificationem seu iusticiæ imputationem Psalmo 32. per uerba, Beati quorum remissa, tecta & non imputata sunt peccata. Est ergo redemptio & iusticia idem, nempe quòd Christi obedientia sic in nos transfertur, sicut in eum nostra inobedientia, non realiter scilicet, sed quadam fortissima & plane diuina imputatione.

Porro prorsus nullius momenti nobis uidetur illa ratiocinatio Osiandri facie 27. & 164. quòd obedientia seu passio Christi non potuerit esse nostri iustificatio, quia tunc non uixerimus, sed bene potuerit esse redem-

redemptio. Quia in captiuo redimendo omnes etiam posteri eius redimantur. Nam nos non sic redimimur, quia maiores nostri tempore Christi pij fuerunt. Quę sententia nimis magnum errorem continere posset. Sed tum cũ credimus in Christum, & iustificamur & redimimur. Semel enim tantum ille pontifex sui corporis sacrificio inuenit redemptionem ęternam, sed omnibus horis iustificare & saluare potest ad plenum omnes accedentes ad se, teste Epistola ad Hebræos.

Osiander nimis & in eo duriter officium Christi secat, cum dicit eum per suam passionem tantum cum patre agere, ab eoq; nobis impetrare, ut eius Essentialis iusticia nobis donetur, postea nobiscum agere tantum per prædicationem Euangelij, per quod à nobis creditum in corda nostra influat, nosq́ sic essentiali sua iusticia iustificet. Facit autem istam tam præcisam distractionem, ne aliquo modo imputatio sanguinis seu passionis Christi possit uideri nostra esse iusticia.

Verũ scriptura testatur nos sanguine Christi mundari, lauari, dealbari & aspergi, sicut olim in fœdere cũ Deo, non tantum Deo sacrificabatur, sed & populus eiusdem uictimæ sanguine aspergebatur. Testatur etiam scriptura nos sacrificio Christi perfectos fieri. Testatur item scriptura Hebræ. 10. Sanguine uel per sanguinem eius nos aditum ad Patrem habere, ita ut eius sanguis uere pacem inter cœlestia & terrestria fecerit, ut ad Colos. scriptum est. Est ergo sacrificium Christi & obedientia eius perpetuus quidã Mediator, semper in medio stans, per quem semp habemus

Christi obedientia perpetuus mediator.

aditum ad patrem, ab eoqúe omnia bona impetramus, & non ſic ſtatim à Chriſto ad patrem tranſit, ſicut pecunia ſemel data mercatori pro mercibus.

Ex prædicto loco ad Hebræos poſſumus huiuſmodi ualidum argumentum formare.

Quicquid id eſt quo ornati & freti coram Deo tanquã iam patre noſtro comparere poſſumus, id oportet eſſe iuſticiam noſtram. Nam Deus iuſtus nihil aliud uult habere niſi iuſticiam, ſicut inquit: Eſtote ſancti, Quia & ego ſanctus ſum. Sed in ſanguine ſeu per ſanguinem Chriſti, id eſt, per eius paſsiones habemus ad patrem acceſſum, Hebræ. 10. Ergo imputatio paſsionum & obedientiæ Chriſti eſt noſtra iuſticia. Non igitur poteſt, ne hic quidem, ſecundum iſtas nouas Grammaticas Oſiandri ſanguis diuinitatem Chriſti ſignificare, ut ex contextu apparet.

Alioqui quoniam diſputatio præcipua eſt de iuſticia qua coram Deo ſubſiſtere, eumq; accedere & patrem appellare poſſumus ſecundum Oſiandrum, oporteret neglecto ſanguine Chriſti tantum cogitare oraturum: Ego ſcio me habere diuinitatem Chriſti in meo pectore, ea æterna maieſtas habet eſſentialem, & æternam illam iuſticiam, quę per incarnationem ac paſsionẽ neq; diminuta neq; aucta eſt. Ea ergo fretus te omnipotentem Deum cœli, & terræ creatorem accedo, & ob eam, ac per eam in hac uel in illa re tuã opem implioro, quod quàm pie fieret Chriſtianus homo perpẽdat.

Addam

Addam adhuc unicum argumentum. Prorsus qua ratione putabantur homines sanctificari & iustificari per Iudaicas uictimas & expiationes, quæ erant umbræ & picturæ illius uere sanctæ & sanctificantis uictimæ, & in externa specie coram hominibus sanctificabantur, Ea ratione reuera per Christi sacrificium & satisfactionem mundantur, purificantur, sanctificantur, & iustificantur. Illa enim sacrificia Christi pictura & typus fuerunt. Sed uidebantur (& sane etiam scriptura sæpe sic loquitur) sacrificantes ideo sanctificari & iustificari, quia ipsorum quidem peccata & immundicies in uictimam translata, meritum uerò seu gratia sacrificij Deo oblati sibi imputata, & in se translata essent. Ergo eodem modo & nos per Christum sancti iustiqúe sumus, quia scilicet tum nostra peccata in eum translata sunt, tum eius obedientia & satisfactio nobis imputata. Hac sane collatione efficaciæ typicorum illorum sacrificiorum & ueri sacrificij Christi plurimum Epistola ad Hebræ. utitur, inter alia inquit: Si sanguis taurorum & hircorum & cinis uituli sanctificat: Quanto magis sanguis Christi mundabit nos &c. Vnde certo sciri potest hoc non esse nostrum commentum, sed scripturæ ueritatem. Quid uerò multis opus est? Non obscure profecto sequetur, Quòd si substantialis Christi iusticia est nostra iustificatio, frustra filius Dei incarnatus sit. Nam quos duos usus carnis Christi Osiander commemorat, illos non esse necessarios facile monstrari potest. Primum dicit ille per passionem Christi emptam nobis esse à patre filij substantialem iusticiam. Atqui

Nota bene

nihil est necesse emere illam iusticiam, cum alioqui nobis pater filium suum ultro donauerit, ut scriptura sæpius testatur. Quod alicui donatur, id eum emere, uel alium nomine eius, necesse non est. Si nobis à patre donatus est filius, nosqúe eius substantiali iusticia iustificari debebamus, poteramus statim omissa incarnatione iusti effici. Diuina enim illa iusticia nobis infusa poterat statim funditus tollere ac abolere peccata, & reddere nobis iusticiam.

Secundo, dicit Christum ideo oportuisse incarnari, quo cum reuera seu re ipsa fieremus os de osse eius, & caro de carne, Tunc Christi diuinitas sic nobis suam iusticiam communicaret, sicut suæ carni communicat. Quod itidem non necesse fuisse fieri, inde probatur, Quia Abraham & omnes ante Christum non fuerunt reuera os de osse &c. Nam nondum erat caro Christi, & tamen sunt per Christum iustificati. Non ergo necesse fuit propterea Christum incarnari. Sequitur ergo necessario, quòd si diuinitatis Christi essentiali iusticia iustificati sumus, Ergo frustra Christus incarnatus sit.

Hactenus non paucis argumentis, & scripturæ testimonijs probaui, nostram iusticiam proprie in eo consistere, quòd nostra peccata in Christum transferuntur, & Christi obedientia seu iusticia & satisfactio nobis imputatur. Qua ratione & remissionem peccatorum & ampliorem iusticiam, & denique ipsam adoptionẽ assequimur. Iã Christo iuuãte ad ipsa Osiandri argumẽta respõdebimus. Primum dicemus de locis ex scriptura citatis, postea de D. Mart. Luth. testimonijs.

Præci-

Præcipue ferme Oſiander illi argumento innititur, quòd apud Ieremiam 23. & 33. & Paul. Iehoua appellatur iuſticia noſtra. Quod nomen cum proprie Deum ſignificet, haud dubie indicet Ier. & Paul. diuinitatem Chriſti eſſe noſtram iuſticiam. Ad quod tam ualidum argumentum facilis & uera reſponſio eſt. Quòd nomina propria toti diuinitati, ut ſunt Deus, Iehoua, & propria ſecundæ perſonę, ut ſunt, filius Dei, uerbum &c. poſtquàm uerbum caro factum eſt, ſint toti Chriſto attributa, ſicut in Cap. 23. Ieremias clare germini Dauidis tribuit nomen Iehoua, cum Chriſtus haud dubie non diuinitatem ſed humanitatem ex Dauide trahat.

Loci Hier. 23.33.

Nomina propria diuinitati toti perſonæ Chriſti attribuũtur.

Nequaquàm ergo Ieremias ſoli diuinitati Chriſti noſtram iuſticiam tribuit, ſed toti Chriſto. Quin potius illi germini Dauidis 23. & 33. Cap. diſerte & expreſſe iuſticiam tribuit, inquiens 23. Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & excitabo Dauidi germen iuſtum, & regnabit Rex, & prudenter aget, & faciet iudicium & iuſticiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit ſecure, & hoc eſt nomen quo uocabunt eum Iehoua iuſticia noſtra. Hìc clare non Iehoua tribuitur germini Dauidis, & ipſi tribuitur iuſticia, non tam quod ad ſuam perſonam attinet, quàm quod ad officium & externas actiones, quòd in ſuo regimine & officio iuſte aget, & iuſticiã promouebit. Eadem ferme prorſus uerba ſunt & 33. Cap. niſi quòd pro germine iuſto ponit germen iuſticiæ, quę phraſis paulo clarius notat germen Dauidis fore authorẽ iuſticię, & nõ proprie inhęrentem, ſed effectam iuſticiam indicat.

Idem dici prorſus & de loco Paul. 1. Cor. 1. poſſet.

Quòd ſcilicet nomen Iehoua toti Chriſto tribuatur. Quanquam in loco Pauli, ut qui gloriatur in Domino glorietur, nomẽ Domini nõ minus referri poteſt ad Deum, à quo nobis Chriſtus factus eſt ſapientia, iuſticia, ſanctificatio, & redemptio, quàm ad ipſũm Chriſtum. Nam & locum Ier. 9. non magis de diuinitate filij, quàm de patris aut Spiritus Sancti, aut etiam totius Deitatis intelligi neceſſe eſt.

Locus 1 Cor. 1.

Quanquam Oſiander & in eo ibi nimium iniuſtus eſt, quòd uerba ſapientia, iuſticia, & cætera uult eſſentialiter prædicari de Chriſto, & non effectualiter, cum ibi non diſſerat Paulus de eſſentia Chriſti, quid ipſe ſit uel ſecundum humanitatem uel diuinitatem, aut etiam quas in ſe uirtutes habeat, ſed quid nobis ſit, id eſt, quẽ nobis præſtet effectum, cuiuſq; rei nobis cauſa ſit. Non dicit, Chriſtus eſt iuſticia, eſt ſapientia, eſt ſanctificatio, quę poſteriora uerba inſuper ſunt actionum, non qualitatis nomina, ut etiãſi diuinitati tribuerẽtur, tñ non poſſent eſſentialiter de ea dici. Deus eñ certe nõ eſt actio.

Obſeruandũ quoq; in hoc Pauli loco & illud eſt, quòd Oſiander facie 27. redemptionem noſtram paſſioni Chriſti tribuit, in huius uerò loci explicatione facie 202. diuinitati eandem aſcribit. Prorſus uerò conſimiliter hîc eſt iniquus Oſiander, dum quę beneficia Iehoua tribuuntur, ſoli diuinitati Chriſti uendicat, ac ſi quis contenderet, quoniam ſanguini & carni, item germini Dauidis, itẽ filio hominis iuſtificatio & ſalus noſtra tribuitur, eaq; noia Chriſto proprie ſecundũ eius humanitatẽ conueniũt, Ergo nos ſola humanitate Chriſti iuſtificari & ſaluari, non etiam diuinitate. Atqui hęc nomina perin-

perinde toti Christo tribuuntur, ac uerbum, filius Dei, & Iehoua, potestq; perinde uere dici, Iehoua caro factum est, ut, uerbum caro factum est.

Nimirum non sine causa tanta coniunctione Deus duas naturas in una persona coniunxit ad efficiendum unicum opus, nempe salutem humani generis, seu ut simul salutem nostram operarentur. Non certe ergo debemus nos prophana sapientia in peragenda salute nostra eas distrahere, partemq; operis humanitati, partem uerò diuinitati tribuere.

Hactenus dixi de argumento sumpto à nomine Iehoua ex loco 1. Corinth. 1. Iere. 9. 23. & 33. petito, iam de phrasi iusticia Dei dicam, de qua tamen & superius dixi. Nam de argumento, Diuinitas Christi est in nobis, & nostra igitur, &c. in fine prorsus dicemus.

Osiander facie 155. & aliquot sequentibus multum exaggerat illud suum argumentum, quòd scriptura iusticiam, qua coram Deo iusti sumus, appellet iusticiam Dei, & hæc phrasis proprie significet iusticiam Essentialem Dei, Ergo &c.

Ad quod argumentum iam superius respondimus, cum diximus Paulum Rom. 3. illam Dei iusticiam collocare in remissione peccatorum, cum inquit, ad ostensionem iusticię Dei per remissionem peccatorum, item Ro. 4. Vbi ostendimus eum dicere, ustificare peccatorem, & iusticiam ei imputare, esse remittere, tegere seu non imputare peccata. Sic & eremiæ 23. & 33. clare iusticiam, quæ Messiæ tempore regnabit, tribuit germini Dauid, & quidem non loquitur de eius personali iusticia, qua ipse sit iustus futurus, uel secundum humanita

tem, uel ſecundum diuinitatem, Sed cuius author erit in ſuo regimine & officio. Inquit enim in utroq; loco Propheta: faciet iudicium & iuſticiã. Quæ phraſis etſi à politici regis officio deſumpta eſt, Tamen hic proprie ſpiritualem Chriſti iuſticiam ſignificat, quam ille in ſuo officio & functione erat exercitaturus, excitaturus, effecturus, & nobis acquiſiturus.

Quare cum ſcriptura ipſa declaret, quid iuſticiã Dei & noſtram uocet, quid eſt neceſſe ex phraſis obſcuritatem ipſam obſcurare, haud dubie nemo clarius, ueriusúe exponet, quid ſit Dei iuſticia, qua nos iuſtificat, quàm ipſemet Spiritus Domini. Afferemus de hoc argumento poſtea Luth. ſententiam.

Deus eſt Charitas. Multum etiam utitur illo argumento, Deus eſt charitas eſſentialiter, ea uerò legi ſatisfacit & eſt iuſticia. Ergo eſſentiali Dei iuſticia iuſti ſumus. Verum Ioannes cum Deum dicit eſſe charitatẽ, non hoc uult, quòd eſſentia Dei ſit charitas, Sed id uult quod ibidẽ inquit, charitatem eſſe ex Deo, id eſt, Deum amare charitatẽ, autorem eſſe charitatis &c. Quales phraſes & apud Hebræos & omnes gentes plurimæ ſunt. Alioqui ſi ſine eſſentiali charitate Chriſti non poteſt legi ſatisfieri, Sequitur & hominem non lapſum, & etiam ipſos angelos Mediatore indigere, ideoq; Chriſtum non ueniſſe propter deſtructionem operum diaboli, ut alioqui ſcriptura teſtatur. Nam etiamſi nullum opus Diaboli eſſet, tamen uenturus fuiſſet Chriſtus, ut ſentit Oſiander in alio quodam libello.

Hæc eſt uita æterna &c. Non abſimilis eſt huic & illa locutio Ioan. 17. Hæc eſt uita, ut te ſolum agnoſcant, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum,

Christum, qua ille itidem non parum fidit, cum proprie significet, hæc est causa & medium ad uitam. Quales plurimæ sunt, ut illa: Hoc est iudicium, quòd lux uenit in mundum. Sed homines magis dilexerunt tenebras, quàm lucem, id est, causa iudicij seu damnationis. Esa. 28. Hęc est requies, reficite lassum, id est, causa requiei. 1. Ioan. 5. Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra, id est, causa uictoriæ. Sic & sæpissime alias per Synecdochen apud Hebræos nomen noticiæ ponitur pro re noticiam sequente. Sicut hic noticia dicitur esse uita. Tale infirmissimum argumentum sumptum ex figurata locutione & illud est ex Rom. 10. Sed quid dicit iusticia ex fide? Iusticia loquitur. Ergo oportet esse uiuens quiddam, & personam quandam &c. Cum ibi iusticia ponatur pro doctrina iusticię, id est, Euangelio, nec quisquam unquàm dubitauerit, quin tropus insit.

In eiusdem loci explicatione facie 175. & illud falsò dicitur ab Osiandro: **Hie bezeuget Moses/das die gerechtigkeit des glaubens sei das wort Gottes / Gott selbst** &c. Quod nos non possumus animaduertere in eo loco uel Mosis uel Pauli dici. Neque enim exponit aut citat locum Mosi Paulus, Sed tantum alludit ad uerba Mosi. Moses proprie de doctrina legis loquitur, Paulus uerò de doctrina Euangelij, quasi dicat Paulus, Moses quidem prædicat facilitatem legis, eo quòd Iudæi apud se doctrinam legalem haberent. At doctrina fidei multo iustius illis uerbis posset suæ iusticiæ facilitatem prædicare. Peccat & in eo Osiander ibidem, quòd uerba, Si quis fecerit ea uiuet in eis, politice exponit de politica impletione legis, & politicis

Audacia Osiandri in torquẽdis dictis sacræ scripturæ in alienũ sensum.

pœnis, cum proprie de spirituali impletione legis coram Deo, deq; uita æterna loquantur. Si enim quis legi satisfacere posset, ille uere uiueret: opponit enim Paulus posibilitatem Euangelicæ iusticiæ impossibilitati legali. Satis uehemens est Osiander tum in figurate dictis, tanquàm proprie acceptis exponendis, tum contra in propriis ad figuram trahendis, cuius aliquot exempla superius ostendi, ut cum caro & sanguis ei diuinitatem Christi significant.

Psalmus 7. In iusticia tua libera me.

Citat quoq; aliquoties Osiander ad suæ sententiæ confirmationem Psal. 71. in quo sæpius petat psaltes, se à Deo liberari in iusticia, uel propter iusticiam, quasi ibi etiam indicetur essentialis Dei iusticia, qua nos iustificet. Verum non agere eum ibi de ea iusticia ex eo apparet, quia flagitat se pium liberari à malis & impijs hominibus, quod per illam, ut ita dicam, iustam iusticiam, seu per iusticiam suum cuiq; dantem fit, & non per gratis impium iustificantem.

Iusticia æternitatum. Dan. 9.

Innititur etiam plurimũ dicto Danielis cap. 9. Afferetur iusticia æternitatum. Dicit uerbũ afferetur haud dubie significare antea eam fuisse, item uocem æternitatum haud dubie indicare illam iusticiam esse æternã, atq; ideo subsantialem Deo & ipsum Deum. Resp. ad primum, Mirum esse ex tam imbecillibus argumentis tantum uirum, rem tantam probare uelle. Nam in Hebreo pro afferet, est הֵבִיא, quod infinitis pene uicibus in sacris literis dicitur de ijs rebus, quæ tunc primum fiunt seu oriuntur, ut 1. Regum 1. adducam malum, sæpius est, quod non indicat illud malum seu pœnas, quibus Ahabum Deus affecturus erat, ab æterno fuisse,

sed

sed idem significat, ac efficiã, excitabo &c. eadem prorsus locutione ac uerbo & Ieremias aliquoties utitur, & alioqui passim in sacris literis inuenitur, in eodem plane usu.

Porro uox עולמים, non magis æternitatum q̃ perpetuitatũ uerti debet, ut ex plurimis exemplis probari potest. Esaię 45. est: Israel sanabitur salute עולמים, perpetuitatũ, uel perpetua, de omni perpetuitate in posterum, nõ simpliciter de omni æternitate loquitur. Sic Psalmo 77. Num in secula repellet Dominus, & non addet misereri amplius? Sic ad Hebræ. 9. dicitur Christus inuenisse redemptionem æternam, non tamen significat redemptionem etiam esse essentiam Dei. Hinc ergo apparet quàm infirmis fundamentis Osiandri sententia innitatur.

Vrget quoq; uehementer dictum Ioannis: In uerbo erat uita. Ad quem locum credo uerissime responderi posse, quòd quoniam scriptura uitam, id est, æternam salutem, tum humanitati Christi, ut caro mea est panis uitæ, Item, caro mea datur pro mundi uita &c. tum & diuinitati tribuat, ergo utriq; simul tribuenda sit. Nam uerbum caro factum est, et filius hominis est filius Dei. Cur ergo nos prophana quadam audacia distractis Christi naturis partem salutis nostræ humanitati & partem diuinitati tribueremus?

Osiander distrahit naturas in Christo.

Hactenus dixi de testimonijs scripturę, quæ pro sua sententia Osiander attulit, iam quoniam secundo loco potissimum D. Martini testimonio se tuetur, breuiter ostendam eum Lutheri dictis nequaq; recte uti, imo & Lutherum prorsus ei contrarium esse.

Facie 86. 87. 89. sui scripti citat Lutheri § de triplici iustitia, affirmantem nostram iustitiam esse essentialem. Quam uoculam diuersis literis, quo sit magis notabilis, exprimit, uultq; indicare Lutherum sensisse nos iustificari essentiali uel substantiali filij Dei iustitia. Verum Lutherus ibi nequaquàm de substantiali filij Dei iustitia loquitur, sed diserte indicat cur appellet iustitiam fidei essentialem, nempe quia (ut ipse inquit) manet semper, nec cessat aliquando sicut actualis, id est, quod attinet ad actiones uitæ, iam pie, iam impie agimus seu operamur. Verum gratuita illa acceptio seu redemptio æterna, quam suo sanguine Christus inuenit, est continua ijs, qui fide in Dei bonitate perseuerant. Ac profecto grauiter hîc Osiander accusari posset, qui citans eum paragraphum conciunculæ illius de industria uerba (Nec cessat aliquando, sicut actualis) ad declarationem sententiæ plane necessaria, positis alioqui proximis præcedentibus & sequentibus, omisit.

Osiander sceleratè deprauat dictum Lutheri.

Facie. 88. Citat ex libello de duplici iustitia, cum multa alia, tum etiam hæc uerba. Hæc ergo iustitia datur hominibus in Baptismo & omni tempore ueræ pœnitentiæ. Ita ut homo cum fiducia possit gloriari, in Christo, meum est, quod Christus uixit, egit, dixit, passus est, mortuus est. Non secus, quàm si ego illa uixissem, dixissem, egissem, passus & mortuus essem &c. Ex quibus uerbis clarissime apparet, in quo nam Lutherus iustitiam nostram collocet, nempe in uiuere, agere, dicere, pati ac mori Christi. Eam enim affirmat esse nostram iustitiam nobis à Deo datam,

Nota bene.

tam, de qua gloriari, perinde ac noſtra poſsimus & debeamus.

Facie 89. Pergit citare ex eodem libello multa. Sed omittit ſubinde ea, quæ ad Lutheri ſententiam declarandam ſunt neceſſaria, ut inter alia hunc paragraphum ſequentem, cum tamen proxima præcedentia & ſequentia apponat. Vnde & Chriſtus ipſe, qui ueniſſe ſe dicit, ut hanc piſsimam uoluntatem ſui patris faceret, factus eſt ei obediens, & quicquid fecit nobis fecit, noſtrumq; eſſe uoluit, dicens: Ego in medio ueſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat, & iterum: Hoc eſt corpus meum, quod pro uobis traditur. Et Eſa. 43. Seruire me feciſti in peccatis tuis, & laborem præbuiſti mihi in iniquitatibus tuis. Vnde itidem apparet Lutherum iuſticiam noſtram in facere & pati Chriſti nobis donato poſuiſſe, & non in illa ſubſtantiali, æternaq; diuinitatis ipſius ſeuera iuſticia, qua iuſte mundum regens bonis facit bene & malis male.

In ſequentibus paginis plurima dicta ex commentarijs Lutheri ſuper 14. & 15. & 17. Ioannis citat, ſed in nullo prorſus eorum eſt, quòd ſubſtantiali filij Dei iuſticia iuſtificemur. Nihil ergo Oſiādro patrocinantur, uel noſtræ ſententiæ aduerſantur. Quare non eſt omnino neceſſe ad ea reſpondere. Cęterum ſi genuinam Lutheri ſententiam diſerte expreſſam habere ex illis commentarijs uolumus, hæc eius uerba ſuper dictum: Spiritus arguet mũdum de iuſticia, quia uado ad patrem, diligenter perpendamus.

Denn es iſt droben gnug geſagt / wie alle menſchen vnter der ſunde vnnd verdamnis geworffen / mit

alle irem leben/so auch fur aller welt gut vnd löblich/da zu nach den zehen gepoten gethan heisset/ So das war ist/ wo bleibt denn gerechtigkeit/ oder wie sol man dazu komen: Antwort alhie Christus/ das ist gerechtigkeit/ das ich zum Vater gehe etc. Da mustu sie suchen vnnd finden/ nicht bei dir/noch auff erden/ bei menschen/ sie seien wer vnnd wie sie wollen/ Denn die Christen sollen kein ander gerechtigkeit wissen/damit sie fur Got bestehen/vnd gerecht gesprochen werden/vergebung der sunden vnd ewiges leben erlangen/deñ diesen gang Christi zum Vatter/ welcher ist nichts anders (wie offt gsagt) denn dz er vnser sund auff seinen hals genomen vnd sich vmbder selben willen lassen am creutz tödten/ begraben vnd in die helle gefaren/ sondern hindurch 'gangen durch sein aufferstehung vnd himelfart/vnd nun gewaltiglich herschet zur rechten handt des Vatters vber alle creatur.

Nun hat er solchen gang oder fart zum Vatter nicht gethan vnns sein selbs willen/ noch fur seine person/ deñ damit wer vns nicht geholffen/vnd könte nicht vnser gerechtigkeit heissen/sondern/wie er vmb vnsern willen von himel komen/vnd vnser blut vnd flaisch worden ist/also ist er auch vmb vnsernt willen wider hinauff gefaren/da er den sig vber sunde/ todt vnd helle vollendet/ vñ in die herschafft getretten/ dadurch er vns von disem allen erlöset/vnd vergebung der sünde/ krafft vnd sieg/ wider den Teuffel vnd Todt gibt/vnd regieret also/ das sein reich oder regiment heisset/vnd ist gerechtigkeit/das ist/ darin die sünde vnnd vnrecht für Gott mus weg gethan/die leut für Gott gerecht vnd im gefellig werde.

Es ist

Es ist aber solche gerechtigkeit gar heimlich vnnd verborgen nicht allein fur der welt vnd vernunfft/ sondern auch fur denn heiligen / den sie ist nicht ein gedancken/wort vnnd weck (wie die Sophisten von der gnade getreumet habē/ dz es sei ein eingegossen ding in vnsern hertzen) Sondern gar ausser vnnd uber vns / nemlich der gang Christi zum Vatter (das ist sein leiden vnnd aufferstehen oder himelfart) vnd dasselbige darzu aus vnsern sinnen vnnd augen gesetzt / das wirs nicht sehen vnnd fülen künnen / Sondern allein mit glauben mus ergriffen werden / des wort ꝛ so von jm gepredigt wirt/ das er selbst sei vnser gerechtigkeit / wie S. Paul. 1. Corinth. 1. sagt das er vns worden ist von Gott zur gerechtigkeit vnnd heiligung etc. auff das wir vns nicht vnser selbst/sondern allein dieses Herren fur Gott rhümen.

Das ist ie ein wunderliche gerechtigkeit/das wir sollen heissen oder gerechtigkeit haben / welche doch kein werck/ kein gedancken vnd kurtz gar nichts inn vns/ sondern gar ausser vns in Christo ist/vnd doch warhafftig vnser wirt durch sein gnad vnd geschenck/vnd so gar vnser eigen / als wer sie durch vns selbst erlangt/ vnnd erworben. Diese sprach künte freilich keine vernunfft versteen/daß das sol gerechtigkeit heissen/da ich nichts thue noch leide / ia nichts gedenck noch füle oder entpfinde/ vnd gar nichts in mir ist/vmb des willen ich Gott gefellig vnd selig werde/ Sondern ausser mir vnd aller menschen gedancken/wercken vnd vermögen/ mich halte an den Christum (droben zur rechten Gottes sitzend) den ich doch nicht sehe etc.

Ex hisce liquidissime cognoscimus Lutherum sen-

tire nihil aliud esse iusticiam nostrã, nisi meritum & satisfactionem Christi per uitam & mortem eius quæsitum, nobisq; per fidem imputatum, & Lutherum nihil minus sensisse, quàm illam æternam filij Dei essentiam esse nostram iusticiam, Plura ex eodem scripto citare possemus, nisi breuitati studeremus.

Facie 96. incipit citare loca Lutheri super Epistolam ad Galat. quorum & si nullus affirmat nos substantiali diuinitatis Christi iusticia iustificari, tamen operęprecium est audire, quid in aliquibus omissum sit.

In fine primi paragraphi, ex 79. folio adducti, hæc omissa sunt. Est ergo formalis nostra iusticia non charitas informans fidem, sed ipsa fides et nebula cordis, hoc est, fiducia in rem, quam non uidemus, hoc est, in Christum, qui ut non uideatur, tamen præsens est. Citat & statim sequentem paragraphum, in cuius fine iterum hæc studiose omissa sunt: Eaq; est formalis iusticia (scilicet fiducia in Christum. Nam de ea proximè ante erat locutus) propter quam homo iustificatur, non propter charitatem, ut Sophistæ loquuntur.

Hęc Osiander ideo studiose omittit, quia diserte docent fiduciam in Christum esse nostram formalem iusticiam, seu imputari nobis ad iusticiam, et quia clarè damnant eius sententiam, qui dicit Deum, qui est charitas, nobis in cor infundi, eiusq; nos præsentia formaliter iustos esse. Hæc iusticia apud Iureconsultos crimen falsi appellatur, quæ tanto magis hîc fugienda detestandaq́ue est, quanto in maiore re adhibetur.

Ex 80. folio adducit quoddam testimonium, q̃ fides sic apprehendat Christum, sicut annulus gemmã, &

qui

qui talem fidem habeat, iudicari à Deo iustũ. Quod cõtra usitatam sententiam non pugnat, nec Osiandro patrocinatur. Cæterum eadem pagina clarissimè sententiam nostram Luth. ponit. Ait enim fidem, solum Christum seruatorem apprehendentem, esse iusticiam nostram, & quidem diligenter præcipit, ut cum uolumus apprehendere tali iustificante fide Christum, probè sciamus, quid nam sit Christus definitiuè, & addit porro: adscribam enim integrum paragraphum eius.

Christus autem definitiuè non est legislator, sed propiciator & Saluator. Hoc fides appræhendit, & sine dubio credit, eum opera & merita congrui & condigni fecisse superabundanter: potuisset enim per unicam guttulam sanguinis satisfacere pro peccatis Mundi. Iam autem copiose satisfecit. Ebræ. 9. Per proprium sanguinẽ intrauit semel in sancta &c. Et, Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam Dei, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorium per fidem in sanguine ipsius &c. Ideo magna res est fide appræhendere Christum, portantẽ peccata mundi. Eaq; fides sola reputatur ad iusticiam Rom. 3. & 4. Et paulo pòst. Hæc ratio est meritum, quo peruenimus ad remissionem peccatorum & iusticiã. Quia credis, inquit Deus, in me, et fides tua appræhendit Christum, quem tibi donaui, ut esset mediator & pontifex tuus, ideo sis iustus. Itaq; Deus acceptat seu reputat nos iustos, solũ propter fidem in Christum &c.

Hinc clarè apparet Luth. sensisse, fidem nos eatenus iustificare, quatenus intuetur & apprehendit opera, merita, satisfactionẽ, propiciationem & redemptio

nem Christi, non quatenus nobis substantialem Christi iusticiam infundi à Deo impetrat. Sed quid necesse est de singulis locis, ab Osiandro ex illis commentarijs citatis, dubitare? Extat in expositione cap. 3. integra tractatio, Quòd iusticia Christiana constet fide cordis & imputatione Dei, in qua tractatione inter cætera dicit hæc uerba: Discant ergo studiosi sacrarum literarum ex hoc dicto, Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iusticiam, Christianam iusticiam propriè ac diserte sic definire, Quòd sit fiducia in filium Dei, seu fiducia cordis per Christum in Deum. Deinde addāt hanc particulam, tanq; differentiam, quæ fiducia imputatur ad iusticiam propter Christum, uide sequentia.

Ex quo loco & alijs innumeris eius scriptis euidentissimè probari potest Lutherum sensisse, quòd iusticia nostra sit illa gratuita acceptatio, & iusticiæ imputatio, qua nos Deus complectitur, propter merita & satisfactionem Christi fide apprehensam.

Illud uerò non caret singulari astucia, quòd ultimo loco posuit hunc Lutheri paragraphum: Quicunq; ab ista doctrina excidit, ille necessario ruit in ignorantiam Dei, non intelligit, quæ sit Christiana iusticia & sapientia, qui sint ueri cultus Dei, est Idolatra, manens sub lege, peccato, morte & Diaboli imperio, & omnia quæ facit sunt perdita & damnata.

Quod fecit ideo, quo scilicet rudiores, aut etiam negligentiores, non inspicientes locum, putarent Lutherum dixisse, quòd qui Osiandri doctrina aberret, seu à doctrina de substantiali Dei iusticia, is sit ignarus Dei, &c. Cum ibi Luth. de hac sententia propriè disputet,

Quòd

Quòd Deus omnes electicias & commenticias religiõnes extremè deteſtetur, eaq; ſola uera ſit religio, quam ille per filium ſuum Mundo reuelauit, à qua qui excidit, toto cœlo, aberret &c. Sic etiam ſuperius fraudulẽter adduxit ex Luth. ſuper 17. Ioannis hæc uerba.

Ich ſage es auff mein ſeel/ſo vil ich geſchen vnd erfaren hab/beide Prediger vnd Schreiber/ſo itzt die beſten ſein wöllen vnd ſöllen (gar wenig ausgenomen) wiſſen doch von dieſem ſtück gar nichts/vnd ob ſie gleich wol zu weilen ein mahl hin zůratten/vñ treffen/ſo iſts doch als mit ein traum geredt vnd gehört. Babſt/Munch vnnd Pfaffen ſchelten köñen ſie wol/aber des rechten grundt damit man das Babſtumb vnd allerley falſche lehr ſtürtzen muß/wiſſen jr warlig wenig etc. Cuius loci adductione conatur perſuadere Oſiander, quòd Luth. uehementer deſiderauerit in doctoribus illam cognitionem de iuſticia Dei eſſentiali nos iuſtificante, cum ille loquatur de eo, q; omnia in Chriſto & per Chriſtum habeamus, & nihil planè aliunde, ſicut ipſemet Lutherus ſuum locum communem, de quo ibi diſputat, hiſce uerbis recitat. Nemlich/das wir alles inn dem Chriſto haben/was wir haben ſöllen/vnd nichts in vns/oder einigem menſchen. Queritur ibi Lutherus, paucos intelligere, quantum omnium bonorum theſaurum in ſolo Chriſto repoſitum habeamus, & non, paucos ſcire, q; per ſubſtantialem æternam q; diuinitatis Chriſti iuſticiam iuſti ſimus. Appoſita quidem ad decipiendos rudiores negligentioresq;, ſed certè nimis uafra prauaq; hæc authoris citandi ratio eſt.

Poſtremò citat Luth. ſuper ſecundam Petri, uerum

& Luth. & Petrus ibi agunt, non de ipsa iustificatione seu recõciliatione cum Deo, quam priori epist. Petrus dixerat factã precioso sanguine immaculati agni, Vbi Luth. affirmauerat lauatos nos esse sanguine Agni, sed agitur de bonis seu præmijs quæ reconciliationem seu iustificationem sequũtur, de qua re paulò post clarius. Ideo super eadem Epistola Luth. paulò antè citatum ab Osiandro locum, inquit, Gott haben/ist alle gnad/ alle barmhertzigkeit haben/vnd alles/was man guts haben kan. Christum haben/ist den heiland vnd Mitler haben/der vns dahin bracht hat/das Gott vnser ist/vnnd vns bey jhm alle gnad erworben. Ita hîc diserte Luth. separans docet aliud esse, per mediatorem Christum Deo reconciliari, seu iustificari, eiq; amicum fieri, aliud esse, posteaq; es iustificatus, Deum habens amicum & patrem, fieri participem eius diuinę naturę, omniumq; eius bonorum.

Quare & in loco ab Osiandro adducto dicit Petrus nos accepisse promissionem, q; erimus participes diuinæ naturæ, qui sermo facilè indicat de promissione sequuturorum bonorum ibi agi, non de præsenti præteritáue piorum iustificatione, sicut postea clarius exponemus, quorsum illa participatio, fruitio ac uisio diuinitatis propriè pertineat, referendaq; sit. Sed addemus iam & alia aliquot Lutheri testimonia propalàm cum Osiandri sentẽtia pugnantia. Videmus enim eum etiam illud uehementer urgere, q; sententia eius, cum Lutheri sententia prorsus conueniat.

Quare ad tuendam ueritatem necesse est pluribus dictis ostẽdere, quidnam uerè Lutherus senserit de hac re

re & docuerit. In Postilla maiori prima hebdomada ad uẽtus super dictũ, Ecce rex tuus uenit tibi iustus &c. inquit. Merck dieses stücklin mit vleyß / das wo du in der Schrifft findest das wörtlein / Gottes gerechtigkeit / das du dasselbige ia nit von der selbwesenden innerlichen gerechtigkeit Gottes verstehest / wie die Papisten / auch vil heilliger Vetter geirret haben / du wirst sunst darfür erschrecken / Sondern wisse / das es heist nach brauch der Schrifft / die ausgosne gnad vnd barmhertzigkeit Gottes / durch Christum in vns / dauon wir für ihm frum vnd gerecht werden geacht / vnd heist darumb Gottes gerechtigkeit oder fromkeit / dz nit wir / sondern sie wircket in vns mit gnaden / gleich wie auch Gottes werck / Gottes weysheit / Gottes sterck / Gottes wort / gottes munde heist / das er in vns wircket vnd redet. Dis alles beweist klerlich S. Paulus Rom. 1. Ich scheme mich des Euangelij nicht / deñ es ist ein krafft Gottes (vernim die in vns wircket vnd vns sterckt) zur seligkeit allen die daran gleuben / deñ es wird gottes gerechtigkeit driñen offenbaret / als geschriben steht / Der gerechte lebet seines glaubens. Hie sihestu / dz er võ der gerechtigkeit des glaubẽs saget / võ dieselbige nennet er die gerechtigkeit gottes im Euangelio verkündiget / Sintemal dz Euangelion leret nicht anders / deñ wer da gleubt / der hat gnad / vnd ist gerecht für Gott vnd wird selig.

Hîc diserte affirmat Luth. primũ, iusticiã Dei, qua per fidẽ iusti sumus, nõ esse illã substantialẽ Dei iusticiã, ut Osiãder uult. Secundò, docet illã esse Dei misericordẽ gratiã & fauorem erga nos propter Christum, id est, illam misericordem acceptationem cœlestis patris, illũ

amorem, illam beneuolentiam, qua nos amplectitur propter Christi Fide à nobis apprehensi meritum & satisfactionem.

In eodem libro Dominica 4. post pascha super dictū, Spiritus arguet mundum de iusticia, inquit, Sondern der heilige Geist redt von sölcher gerechtigkeit / die für Gott gilt/oder die er für gerechtigkeit helt / Was ist nū das vor ein gerechtigkeit/oder warin steht sie? Dz ist sie (spricht er) das ich zum Vatter gehe/ vñ jr mich hinfurt nicht sehet/ Das heist ja vndeutsch vnd für der welt lecherlich gnug geredt / vnd so das erste frembt vnd tunckel ist/ das dis der welt sünd sey/ das sie nit gleubet an jn/ so lautet dir vil seltzamer vnd vnuerstenlicher / das dis allein gerechtigkeit sey/ das er zum Vattrr gehet vnd nicht gesehen wird &c. Et paulo post.

Aber das die heiligen nit verdampt werden / wie die andern/ darin machet allein diß die vnterscheid/ daß sie solche straff annehmen / bekennen vnd klagen / daß sie sünd haben/ vnd also die frembde gerechtigkeit haben/ welche ist allein gantz vnd gar des Herren Christi eigen werck / krafft vnnd verdinst/ welchs er heist zum Vatter gehen.

Den dis wort / das ich zum Vatter gehe / begreifft das gantze werck vnser erlösung vnnd Seligung/ dazu Gottes Sohn von himel gesand/ vnd das er für vns gethan hatt/ vnd noch thut/ bis ans ende/ Nemlich sein leiden/ todt vnd Aufferstehung vnd gantzes reich in der kirchen/ Deñ dieser gäck zum Vatter/ heist nichts anders/ deñ dz er sich dahin gibt zu einem opffer/ durch sein blüt vergissen vnd sterben/ damit für die sünd zubezalen/ vnd

darnach

darnach wider durch seine aufferstehung vberwindet/ vnd vnter seine gwalt bringet Sünd / todt vnd helle/ vnd sich lebendig setzet zur rechten hand des Vatters/ da er vnsichtbar regieret vber alles in himel vnd erden/ vnd seine Christenheit durch die predigt des Euangelij sam let vnd ausbreittet/ vnd die so da gleuben/ bey dem Vat ter als ein ewiger Mittler vnnd höher priester vertrit vnd vorbittet/ weil sie noch vberige sünd vnd schwacheit haben/ darzů des heiligen Geistes krafft vñ stercke gibt/ die Sünde/ Teuffel vnd todt zuuberwinden.

Siehe das heist vnd ist der Christen gerechtigkeit für Gott / das Christus zum Vatter geht / das ist für vns leidet/ aufferstehet/ vnnd also vns den Vatter versönet/ das wir vmb seinet willen vergebung der sünden vnnd gnad haben/ das es gar nicht ist vnsers wercks noch ver diensts/ sondern allein seines ganges/ den er thůt vmb vnsern willen/ das heist eine frembde gerechtigkeit (dar umb wir nichts gethan noch verdienet haben noch ver dienen können) vns geschenckt vnd zuegen gegeben/ daß sie soll vnser gerechtigkeit sein/ dadurch wir Gott gefal len/ vnd seine liebe kinder vnd erbẽ sindt etc.

Hic prolixè, clarè & disertè dicit Lutherus iusticiam nostram esse illud Christi ad Patrem ire. Quòd ire cõplectatur omnes actiones & passiones Christi, ad quas propter nos peragendas à Patre cœlitus missus est.

Dominica 9. post Trinitatis in postilla maiori tota consumitur in docenda Christiana iusticia, quam, nisi prolixitatem uitaremus, totam hîc interponeremus. Tractat ibi tres quæstiones de Christiana iusticia.

Prima, in quo consistat. R. in misericordia seu remis-

lone peccatorum. Inquit enim in primo paragrapho, cum ad rem uenit.

Vber dieſe euſſerliche fromkeit iſt nu ein andere die nicht auſſerden &c. Sequitur ſtatim. Dz iſt nu die ſo man heiſſet Gottes gnade oder vergebung der ſünden &c. Dauon Chriſtus in dieſem vñ andern Euang. ſagt &c. Aliquãto poſt de eadẽ re loquens ait: Darumb gehört kunſt vñ verſtand darzu / dz man dieſe gerechtigkeit ergreiffe vñ halte etc. Et aliquãto poſt. Darumb ſoll dieſe lehr gefaſſet werden / das man gentzlich darfür halte / dz vnſer fromkeit für Gott heiſſe vergebung der ſünden etc.

Secundò docet per quam principalem efficientem cauſam nobis talis iuſticia cõtingat, & ueluti ex q̃ fonte in nos fluat, nempe ex merito ſeu ſatisfactione Chriſti, Inquit enim initio ſecundæ quæſtionis.

Das ſey für das erſte geſagt / was die Chriſtliche gerechtigkeit ſey / vnd warinne ſie ſtehet / Fragſtu nũ weiter / woher ſie komme oder wodurch ſie zuwegen bracht oder erworben ſey? Antwort / daher kommet ſie / das Jeſus Chriſtus gottes Sohn von himel komẽn vnd menſch worden / für vnſere ſünd gelitten hat vñ geſtorben iſt / dz iſt die vrſache vnd mittel / vnd der ſchatz durch welchen vnd vmb welches willen vns die vergebung der ſünde vñ Gottes gnade geſchenckt iſt.

Tertiò diſputat de medio, per quod nobis ea iuſticia applicetur, nempe per uerbũ & Sacramenta. Nam in principio tertiæ quæſtionis ſic inquit, Das dritte / wie oder wo durch wird vns nu ſölche gerechtigkeit heimgebracht / dz wir den ſchatz durch Chriſtum erworben / empfahen etc. In ea ergo concione dilucidiſsime totam materiam

teriam iusticię fidei Christi Luth. nobis exponit: ipsam iusticiã dicit esse remissionem pctõꝝ seu gratiam. i. gratuitam acceptationem. Proximã principalem causam eius dicit esse meritum, obedientiã seu passionem Christi. Instrumentalem uero causam affirmat esse fidem & Verbum ac Sacramenta. Nusq̃ prorsus peccatores ad illam ęternam substantialemq̃ filij Dei iusticiam remittit. Ex quo solo sermone sine ulla dubitatione intelligere possumus, Lutherum nihil minus sensisse, quàm iusticiam fidei, qua peccator iustificatur, esse illam æternam substantialemq̃ Dei iusticiam.

In Domestica postilla Dominica 4. post Pascha multum ac diligenter inculcat nostram iusticiam esse illud Christi ire ad patrem, id est, Vitam, Passionem, Resurrectionem & Ascensionem Christi. Quod ut certius lectori constet, adscribam aliquot dicta ex ea concione excerpta.

Darumb wen wir wöllen recht from werden/so mussen wirs mit vnsern wercken nit anfahen/Es wirdts nicht thůn / das du ein Munch werden / so viel fasten vnd betten woltest/Das aber wirdt es thůn / wen du wilt der sünden los vnd ein Christ werden / daß du weist / daß Christus zů seinem Vatter ist gangen etc. Sequitur statim, Durch guete werck wirstu nit from vnd gerecht für Gott/das geschicht allein dardurch/das Christus zum Vätter geht / Der weg allein/vnd kein ander ists / dadurch wir von sünden erlöset vnd gerecht werden.

Des Herrn Christi gang aber heist anders nicht/deñ das er gelitten/vñ am creutz gestorben/vñ durch den tod võ dieser welt abgescheiden ist/vñ zum Vatter gangen/

dz ist gehn himel auffgefaren/da er sitzet zur rechten Gottes vñ regieret/dz ist der Schatz gar/dardurch wir frum werdē/dz also kein gerechtigkeit ist in meiner krafft noch vermögens/sondern des Hern Christi/dz er zum Vatter geht/das ist nu auff deutsch souiel gesagt/ Niemandt wird gerecht/selig noch von sünden loß/den alleine dardurch/dz Jesus Christus gelitten hat/gestorben vñ von den todten wider aufferstanden ist/Dieser gang machet gerecht vnd sunst nichts &c Sequitur statim. Hie stehet das es alleine der gang vnsers Hern Christi zum Vatter thun vnd ausrichten solle. Solchs ist die rechte vnd ware gerechtigkeit da die welt nichts von weiß/vnd alleine der heilige Geist von lehret &c. Sequit statim. Darumb stehet diese meinung fest and gewiß/dz wir keine an der gerechtigkeit noch ewiges leben kōnen haben/deñ diese/das Jesus Christus von dieser welt zum Vatter gangen ist/darbey/sprich / will ich bleiben / vnd soll mir der Teuffel nit nemen noch vmbstossen &c. Aliquanto post. Den/dz mus in all wege sein/dz man diß werck mit dem glauben fasse/an diesem gang vnd werck Christi hat es keinen mangel/Christus hats ausgerichtet/vñ liget fort an nur an dem/dz wir es mit glauben annemen/vñ vns solches tröstē/Gleubstu es/so hastu es/gleubstu es aber nicht/so hastu nichts dauon / dz also vnser gerechtigkeit rein vñ gar ausser vns genohnen vñ alleine auff Christum/vñ sein werck oder seinen ganck gesetzt werde/auff dz wir gewys wissen/wo wir endtlich bey bleiben sollen etc. Darumb hats vnser lieber Herr Christus gantz vnd gar von vns weg genomen/vnd auff sich selbs gesetzt/dz wir vns darauff grundē sollen/vnser gerechtigkeit heisse

vnd

vñ ſeie ſein gang/ſein ſterben/ſein gnug thũung etc. Sequitur ſtatim: Ein Chriſt aber hat ein ſonderliche kunſt/da die welt nicht von weis/Nemlich daß es auſſer dem glauben alles ſünd ſey/vnd dz die rechte ewige gerechtigkeit allein auff dem ſtehe/das Chriſtus zum Vatter gehet/vnd wir jn nit ſehen etc.

Ex hiſce dictis clariſsimè apparet etiam nolentibus, Lutherũ ſenſiſſe & docuiſſe iuſticiam noſtram eſſe & conſiſtere in operibus & meritis Chriſti poſt incarnationem effectis, nobiſq; per fidem imputatis, & non in illa eius æterna diuinaq; eſſentia. In cõmentario, ſuper Miſerere mei, inquit Luth. Hæc autẽ iuſticia (loquitur in præcedentibus de remiſsione peccatorum per meritum Chriſti) an non aliena iuſticia eſt, quæ tota cõſiſtit in alterius indulgentia, & merum donum eſt Dei miſerentis & propter Chriſtum faucẽtis? Sequitur ſtatim: Ergo Chriſtianus non eſt formaliter iuſtus, non eſt iuſtus ſecundum ſubſtantiã aut qualitatem (docendi cauſa hiſce uocabulis utor) ſed eſt iuſtus ſecundum prædicamentum ad aliquid, nẽpe reſpectu diuinæ gratiæ tantum & remiſsionis peccatorum gratuitæ, quæ contingit agnoſcentibus peccatũ, & credentibus, quòd Deus faueat & ignoſcat propter Chriſtum pro peccatis noſtris traditum, & â nobis creditum &c.

Super de profundis uerò ſic ſcripſit: In hoc uno acquieſcit conſcientia, quòd ſimpliciter ſine ullo additamento propriæ dignitatis, nudiſsima, ut ſic dicã, nudiſsimæ miſericordiæ Dei per Chriſtum ſe committit, & dicit: O Domine, habeo tuam promiſsionem, quòd ex ſola miſericordia ſit iuſticia, quæ iuſticia nihil aliud eſt,

quàm tua ignoſcentia, id eſt, quod non uis obſeruare iniquitates &c. Sequitur ſtatim.

Commendo igitur uobis hanc Dauidicam definitionem Chriſtianæ iuſticiæ, Quòd obſeruare peccatũ, eſt condemnare, econtra non obſeruare peccatũ, eſt iuſtificare ſeu iuſtum pronunciare. Et quòd iuſticia eſt, quando nõ obſeruãtur peccata, ſed ignoſcunt, condonãtur, & non reputantur, ſicut alio in loco beatum definit, & Paulus eã definitionẽ ualde propriè allegat: Beatus uir, cui non imputauit Dñs peccatum. Non. n. dicit, Beatus uir, qui non habet peccatũ, ſed cui peccatum, q̃d habet, Dñs non imputauit, ſicut hîc q̃q; dicit, Cùm obſeruant peccata. Hęc teſtimonia diligenter colligẽda ſunt, ut uideamus, quomodo hæc doctrina ſit fundata in ſcriptura ſancta, & quomodo omnibus fiducia iuſticiæ operũ & legis in iudicio Dei præciſa ſit &c.

In hiſce dictis Lutherus clarè collocat iuſticiam noſtrã, tum in paſsione, obediẽtia ſeu merito Chriſti, tum & in remiſsione peccatorum, ſeu gratuito Dei fauore. Quare inter ſe non pugnant. Nam quatenus Deus nobis meritum Chriſti imputat, eatenus peccata remittit (in qua pctõrum remiſsione, ut ſuperius dictum eſt, & imputatio legis continet) nos pro iuſtis habet, noſterq; fauens pater ſit, nec usq; lacerat Chriſtum & eius beneficium, ut Oſiander, humanitati quidem remiſsionem peccatorum, diuinitati uerò iuſtificationem ſeu iuſticiam noſtram tribuit.

Oſiander lacerat Chriſtum & eius beneficia.

Hactenus, tum uerã uſitatamq; inſtauratis Eccleſijs ſententiã, de peccatoris iuſtificatione recitauimus et cõfirmauimus, tum & Oſiandri Argumenta, tam ex ſacris

cris literis quàm ſcriptis Lutheri deſumpta, Dei ope, re futauimus. Iam breuiter dicemus, quidnam ſentiamus de ſubſtantiali illa filij Dei iuſticia.

Nam dicet forte aliquis, nihil ne ergo ſubſtantialis il la filij Dei iuſticia fecit ad noſtri iuſtificationem, aut & uos eſtis inimici iuſticię Chriſti, ſicut Oſiander ſuos aduerſarios duriter accuſat?

Quid ſentiẽ dum de eſſentiali Iuſticia Chriſti.

Nos uerò nequaq̃ putamus diuinitatẽ Chriſti ab humanitate, quas duas naturas in Chriſto tãtopere Deus coniunxit, ut noſtri reconciliatione, diſtrahendas, ſed utriuſq; naturę, totius Chriſti obedientia & exinanitione nos iuſtificari, Deoq; reconciliari credimus. Cæterꝫ ſubſtantialis illa filij Dei iuſticia, ſicut & ſapientia, omnipotẽtia et omnes eius uirtutes, totaq; diuinitas, haud dubiè non fuit ocioſa in mundi redemptione ſeu reconciliatione. Oportuit enim talem & tantum eſſe illum noſtrum pontificem, ſi non tantum peccata totius Mũdi & iuſtiſsimam Dei iram tollere, Diabolum, inferos, mundum & mortem uincere, ſed & nos ſceleratos nebulones, Dei amicos, domeſticos filios & hęredes æternæ uitæ omniumq; Dei bonorum facere uoluit. Sola enim humanitas Chriſti nequaq̃ tantas res efficere potuiſſet. Nec uerò tantum infinitum adiumentum attulit, uel potius extremè neceſſaria fuit iuſticia, ſapientia & potentia ſubſtantialis filij Dei, atque adeo tota eius diuinitas ad acquirendam olim reconciliationem ſeu inueniendam redemptionem & iuſticiam, ſed & iam cum ingenti, planeq̃ neceſſaria utilitate noſtra ad dexteram Patris, pro nobis intercedit. Denique & quia in nobis inhabitat, nosq̃ membra filij

Dei capitis nostri sumus, Ideo omnium quoq; bonorū eius, iusticiæ, sapientię, omnipotentiæ, diuinitatisq; participes simus, & postea etiam magis erimus, cum non fide Deo fruemur, sed & facie ad faciem, teste Paulo, eum uidebimus, cum Christo erimus, eoq; fruemur.

Hinc simul apparet, quomodo sit disputandum ad illud Osiādri argumentum, quod sub finem maximè urget: Totus Christus est noster, & in nobis, itē: Spiritus sanctus totaq; diuinitas est in nobis. Igitur & eius substantialis iusticia est nostra. Non.n. negatur, quin, quandoquidem simus filij & hæredes Dei, omniūq; eius bonorum, atq; adeo etiam ipsius diuinitatis participes, simul etiam iusticia eius, sapientia eius, omnipotētia eius omnesq; uirtutes ac opes eius nostrę sint. Verum illud negatur, quòd illa iusticia sit, qua uel per quam iustificemur, reconciliemur, seu ex hostibus Dei amici eius fiamus. Hæc enim propriè iusticia est, de qua angimur & disputamus, scilicet illud medium, illa uia & ratio, qua & per quam, uel initio in Baptismo, uel postea in singulis reconciliationibus desinit nos Deus propter peccatum odisse, & incipit nos insuper, tanq; filios, amare & complecti, imo & propter quam nos omnibus horis amat & fouet paternè, & per quam semper inuocantes ad benignum patrem accedimus.

Iusticia essentiali non iustificamur.

Hanc ergo rationem, medium seu uiam, quam & fidei iusticiā seu iustificationem uocamus, credimus esse propriè meritum, obediētiam seu exinanitionem Christi Dei & hominis nobis per fidem imputatam, eamq; & scripturæ & D. Martini sententiam esse superius prolixe probauimus. Cęterum illa hæreditas, participa

tio

tio fruitioq; diuinitatis & omnium eius bonorꝝ, quæ in altera uita nobis demũ plenè continget, non propriè iustificatio est, sed magis ueluti præmiũ iustificationis, & ipsa ęterna uita seu fœlicitas, ad quã per mediũ iusticiæ fidei seu iustificatiõis Christi festinamus ac puenimus.

Quod pulchrè Ioan. 1. cap. indicat, inquiens, uidete qualem charitatem nobis dedit pater, ut filij Dei nominemur, propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi nũc Dei filij sumus, & nondum apparuit id, quod futuri sumus. Scimus aũt si apparuerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum sicut est. Omnis qui habet hãc spem in eum, purificat se &c. ubi clarè audimus illam nostram diuinitatem, cuius iam tenues primitias habemus, propriè ad illam futuram fœlicitatem fruitionemq; Dei pertinere, cum eum uidebimus, sicut est. Inquit enim: similes ei erimus, cũ eum uidebimus, sicut est etc. de qua futura beatitudine et Paulus loquitur, cum dissolui cupit, et esse cum Christo, item exuere hoc terrenum tabernaculum, ut illud diuinum induat, diuinitatisq; Christi particeps fiat, eaq; coràm fruatur, sicut alibi inquit: Tum uidebimus facie ad faciem. Valde ergo incommodè, imo uerò & impiè facit Osiander, q; dicta de futura fœlicitate ad iustificationẽ trahit, atq; ita doctrinã de sequutura nostra beatitudine cum præsenti iustificatione commiscet confundit q;. *Osiander cõfundit doctrinam de iustificatione & glorificatione.*

Hinc igitur apparet, quorsum pertineãt dicta, uel sacrarum literarum, uel etiã Luth. quæ de mirabili consociatione Christi cum homine, et de inhabitatione diuinitatis in homine loquuntur, nempe magis ad ipsam ęternam fœlicitatem, quàm ad iustificationem seu reconci-

liationem per meritum Christi, per quod medium ad æternã salutem, ueluti ad Brauium quoddam peruenimus. Ideo etiam primitię spiritus inhabitantis appellantur arrabo ęternę uitę, quia sint eius initia, sicut arrabo precij initiũ est. Et qd. n. erit omnino aliud illa fœlicitas, q̃ uisio, fruitio, participatioq̃ diuinitatis, summaq̃ cum Deo coniunctio? Hactenus fermè omnia diximus, quæ de Osiãdri scripto & sententia dicẽda putauimus. Pauca ergo tantum de crassis erratis adijciemus, quæ tribuit communi Ecclesiarum sententiæ de iustificatione & doctoribus eam sententiam sequentibus.

Facie 71. dicit, errare eos primum in eo horribiliter, quòd uerbum iustificare, pro absoluere & iustum pronunciare accipiant, & nõ reipsa iustum facere. Verum iam superius prolixè ostendi, id uerbum eam proprię significationem habere, & Osiandrum suã usitatę contrariam nequaq̃ probasse. Quanq̃ & illud superius indicauimus, quòd longe fortiorem quandam absolutionem significet, cùm Deus iustificare dicitur, qui reuera peccata nostra in profundum maris abijcit, quàm cum iniquus iudex facinorosum aliquem propter munus iustificat, qui tamẽ reuera nec auferre à peccatore peccatum, nec in alium transferre, multo minus alterius iusticiam ei imputare, ac in eum transferre potest. Vera. n. regula est, quòd omnia uerba ad Deum translata sint significãtiora. Secundò dicit eos in eo errare, quòd nõ faciant discrimen inter iustificationem & redemptionẽ. de eo quoque superius diximus, ea ideo non differre, quia Deus neminẽ patitur ex carcere & pœnis redimi, nisi iustificatum propria uel aliena iustitia. Nullum ille

effugere

effugere patiẽ pœnas, qui adhuc sit iniustus. Proinde, sicut superius ex ca. Ro. 8. diximus, eo ipso redimimur & liberamur, nec est, qui nos uel accuset, uel condẽnet, quòd ab illo orbis terrarum iudice propter filium intercessorem iustificamur & absoluimur.

Tertiò dicit eos in eo errare, quòd nihil certi queant dicere, quid nam sit iusticia fidei, qua coram Deo peccator iustificetur. Ad hoc respondemus, Nos certò & clarè posse dicere, et iam nõ tantum dixisse, sed & probasse, exinanitionem Christi & obedientiã in hac uita propter nos præstitam, nobisq; per fidem imputatam, esse nostram iusticiam coram Deo. *Opus Diaboli in Osiandro.*

Deinde dicit, eos in eo errare turpissimè, quòd diuinam naturã à iustificatione separẽt, Nos uerò nequaq; separamus, sed utriusq; naturę & totius Christi obediẽtia & exinanitione nobis imputata iustificari peccatorem credimus. Nam de diuina certè natura scriptũ est Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se æqualem esse Deo, sed exinaniuit semetipsum &c. Quod si est opus diaboli, diuidere naturas in Christo, tum certe uiderit ipse, ne eius peccati reus sit. Nam non uno loco dicit, nos non esse iustos nisi per solam diuinitatem Christi.

Denicq; accusat Osiander, tum statim in præfatione, & postea, usitatã nostris Ecclesijs sententiam, quòd securitatẽ, ac in bene operãdo negligentiã pariat. Atqui satis doctrina hæc urget homines ad piè uiuendũ, dum & statim initio seriò cõtritionem & desinere malè facere inculcat, & postea negat fidem cum malo proposito esse posse, & denicq; tum diligenter monet, non esse eam

plius peccandū, ſed potius, quandoquidem Spiritu ſancto ad bona opera regenerati ſumus, placato iam cœleſti patri in noua iſta uita ſedulo ſeruiendū, ne denuo in totā Dei iram, in qua antea fuimus, recidamus, nobiſq; peius aliquid accidat. Quare nihil neceſſe fuiſſet huius rei gratia uel nouā aliquam doctrinam excogitare, uel eo nomine uſitatam noſtris Eccleſijs religionem cum multorum ſcandalo & impiorum deriſione infamare.

At ſi nos uellemus dicere de erroribus & incommodis ex Oſiādri ſententia orientibus, nimis profecto amplam dicendi materiam haberemus.

Verbum internum & externum.

Primum.n. cùm facit duplex uerbum externū & internum, et facie 36. dicit internū uerbum, illud Dei conſilium de redemptione humani generis eſſe ipſum filiū, qui appellatur uerbum, uidendum profecto ei eſt, ne ſicut conſilium redemptionis peccatorum ſit unum uerbum internū, ita cōſilium ſalutis angelorū, item creationis, quoniā ſunt diuerſa cōſilia, ſint etiā diuerſa interna uerba, atq; ita ſint diuerſi filij. Et ſicut externum uerbū Dei, quod appellamus Euangelium, habet ſibi correſpondens internum uerbum, ita etiam lex, quod idem uerbum Dei eſt, ab Euangelio plurimum differens, habet ſuum internum uerbum ab altero differens.

Cohorreſcimus profecto cogitātes, q errores ex iſtis ſubtilitatibus ſequi poſſent. Nos iudicamus nihil eſſe ſatius, q̄ nullas ſubtilitates de diuinitate ſcrutari, multo minus publicè tractare, prēter eas, q̄ in Dei uerbo comprehenſę ſunt. Certū aūt eſt nō eſſe reuelatū in ſcriptura, quare filius appellet uerbū. Alij quidē aliud diuināt. Plęrę; tñ illę diuinationes ſimpliciores, nimis; iſta Oſiandri periculoſę ſunt.

Deinde

Deinde sæpe describens, quomodo essentialis iusti-
cia nobis communicetur, docet Christum cum diuini-
tate & humanitate sua in nobis habitare, et quia sumus
os de osse eius & caro de carne eius, ita sicut eius diuini
tas humanitati iusticiam substantialem cõmunicat, sic
& nobis cõmunicare, quia carnis eius membra sumus.
In qua iustificationis descriptione uidẽdum ei esset, an
ea ratio etiam patrum iustificationi cõueniret. Nam an
te natiuitatem Christi Caro eius non fuit, non ergo po
tuit illis iusticia Christi per carnẽ reuera in ipsis existen
tem cõmunicari. Vnde apparet, quàm parum sibi con-
stet ista descriptio, & quòd, sicut olim imputatione me
ritum Christi pijs cõmunicatum est, et non infusione di
uinitatis per Christi carnem, in carnem peccatorum, Ita
iam quoq; res mera imputatione peragatur, & non illa
propemodũ physica Sympathia connexarum rerum, de
qua disputat Osiander. Quanq; nõ ignoramus interea
simul nos & templa Dei, membraq; Christi esse.

Tertio multum sententia Osiandri cõfirmabit papi-
stas, nõ eo tantum, quòd ille confessionem Augustanã
oẽsq; nostras Ecclesias erroris in summo iustificationis
articulo accusat, sed etiam, quòd eodem modo cum eis
de iustificatione loquit. Vtriq; n. dicunt, charitate, quæ
Deus est, nobis infusa nos iustos esse, & per fidem nos
eatenus iustificari, quatenus fides ea charitate format.
Miscet item nouã obediẽtiam cum illa gratuita accepta
tione, & facit eam partem iustificationis. Qua ratione
prorsus efficiet, ut homines partim per gratuitam Dei
misericordiã, partim per sua opera iustificari saluariq;
putent. Reuera multũ cõuenit sententia eius cum papi

tica, quantumuis ipse, ut est homo subtilis, non difficulter aliqua subtilia tenuia q̃ discrimina excogitabit.

Quartò confirmabit multum sententia Osiandri nouorum Anabaptistarum & aliorum fanaticorum errorem. Contendunt enim illi se esse filios Dei, plenos Spiritu sancto, reuera iustos, in quibus nihil supersit peccati, atq̃ ideo, quicquid porro faciunt, ea Dei, ac Spiritus sancti opera esse aiunt. Quo prætextu nihil nõ flagitiorum patrant. Sic & Osiander ex nobis tm̃ non deos facit, nostras actiones Dei in nobis inhabitantis actiones esse dicit, nos reuera, &, ut physici aiũt, actu, esse iustos factos, non tantũ imputatione meritorum Christi, peccatumq̃ remanens extenuat. Nec tamen hîc affirmare uolumus Osiandrę esse Anabaptistam, aut quicq̃ cum eis coniunctionis habere. Scit enim quomodo ipse in sua confessione scripsit, Diabolum esse astutum architectum, scire per homines nihil tale cogitantes, maximorum errorum fundamenta iacere.

Quintò efficit omnino Osiandri sententia magnam quandam securitatem, non tantum hoc modo, ut iam dixi, dum scilicet nos quosdam iam diuinos homines & reuera, prsus iustos fingit, nostrasq̃ actiones Dei in nobis inhabitantis esse facit, sed etiam quod dum in nobis sufficiam esse contendit, qua peccata teguntur, facit, ut non simus admodum solliciti in petenda singulis horis à Deo remissione peccatorum. Quid enim necesse est me subinde trepidare & clamare, Remitte remitte debita, ueluti si miserrimus peccator reus subinde peccãs coram tribunali iusti alicuius iudicis starem, timens ne protinus carnifici dedar in æternũ cruciandus, cũ The-

saurum

suam iustiçiç in carne & ossibus meis habeã, quam non ab extra imputatione quçrere me necesse est, sed ab intus propemodum ueluti physicum quoddam accidens per omnes humores, carnem et ossa mea infusa et diffusa mihi est.

Denicq uehementer periculose Osiander nos à toto Christo ad solam eius diuinitatem traducit, & non cõtentus satisfactione & obediẽtia Christi in hac uita prçstita ad ipsam substantialem iustiçiã omnipotentis Dei prorũpit. Deus ignis cõsumens est, bonis quidẽ ille benefacit, Verũ nobis peccatoribus parum tutum fuerit, ad illã tãtam maiestatem ꝓsilire, quoties aliquid à Deo petere uolumus. Si.n. essentialis filij Dei iustiçia est illa mea iustiçia, per quam Deo recõcilior, eumq; tanq; patrem accedo, oportet me accessum patrem, ut aliquid ab eo petam, nõ in sanguinem ac meritum Christi respicere, sed illa omnipotentis Dei iustiçia, quç ipsemet Deus in sua maiestate est, niti ac fulciri. Quod non multo aliud est, quàm ad Deum sine Mediatore accedere.

Verum scriptura docet, & ipsum Christũ in sancta sanctorum ad illum æternum patrem per suum sanguinem accessisse, & nobis eodem modo faciendum esse. Proinde haud dubiè consultissimum fuerit non sapere ultra, quã opus est, sed cum ad æterni illius patris thronum accedere uolumus, lauemus dealbemusq; nos ac omnia nostra uestimenta in sanguine agni, eaq; formositate ac iustiçia freti, speremus nos Deo gratos acceptosq; fore, omniaq; ab eo, quæ petierimus, impetraturos.

FINIS.